GRÆCUM
LEXICON
MANUALE

TRIBUS PARTIBUS CONSTANS

HERMENEUTICA, ANALYTICA,

SYNTHETICA:

Primum Inſtitutum A

BENIAMINE HEDERICO,

Tum Caſtigatum A

SAMUELE PATRICIO,

Demum Locupletatum A


JO: AUGUSTO ERNESTO.

EDITIO PRIMA PATAVINA

In Duos Tomos Diſtributa, Auctior & Emendatior.

TOMUS PRIMUS.





PATAVII, MDCCLXXIV. Typis Seminarii.

Apud Joannem Manfrè.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

P R Æ F A T I O

AD LECTOREM.



UM laboris cujuſque utilitas ac præſtantia ex rerum illarum uſu ac dignitate, in quas impenditur, ſit metienda; neminem fore arbitror, qui putet induſtriam a me adhibitam in concinnando hoc opere contemnendam. Lexicon ſcilicet inſtruendum curavi, quo Græcæ linguæ ſtudioſi non minus commode, quam utiliter uti poſſent ad intelligentiam ejuſdem linguæ, de qua non eſt quod pluribus prædicem, cum ejus laudes omnibus notæ ſint. Eam certe omnigenæ eruditionis parentem jure appellaveris. Hinc enim cujuſcumque Scientiæ, ac Litterarum ſemina peti poſſunt. Cæteræ linguæ Populi dici poſſunt, hæc Litteratorum lingua dicenda eſt, quod ſine ejus præſidio ad perfectam litteraturam nemo poſſit pervenire. Adde quod ejus cognitio etiam ad Relligionem plurimum confert: cum & celeberrima Concilia primis Eccleſiæ ſæculis apud Græcos habita fuerint, & plurimi ex S. Patribus Græce ſcripſerint. Sed quorſum hæc, inquiet aliquis? Nimirum ut hujus operis utilitas magis pateat, quod ad tam utilis linguæ explanationem conſpirat. Verum hæc communia Lexicis omnibus. Ad propria accedamus. Lexicon itaque, quod exhibeo, a Beni. Hederico primum inſtitutum fuit, qui in eo elucubrando hujuſmodi rationem tenuit. In tres partes totum opus diſtribuit, quarum primam *Hermeneuticam* appellavit. In hac magnam græcorum vocabulorum copiam concluſit, imo ea fere omnia, quæ ab ingenti Henrici Stephani Theſauro deprompta Joannes Scapula ſatis amplo volumine complexus eſt. In eo tamen receſſit a Scapula, quod ille quidem in diſponendis vocibus ipſarum radicem, hic vero ordinem, ut ajunt, *alphabeticum* ſequutus eſt, quod multo

magis accommodatum Græcæ linguæ imperitis. Verum cum ad intimam cujuslibet vocis vim percipiendam plurimum juvet ejus originem nosse, vocabulis hanc subjecit, ne Græcæ linguæ amatores tam utili præsidio fraudarentur. In parte altera, quæ *Analytica* ab illo dicitur, ea fere omnia difficiliora vocabula Tyrones in promptu habebunt, quæ fatigare ipsorum patientiam possent. Hanc eandem porro Hedericus locupletavit non solum iis fere omnibus vocibus, quas Cornelius Schrevelius sumpsit ex appendice Scapulæ Lexico subnexa, & Pasoris in Hesiodum indice, sed etiam pluribus aliis eam exornavit, quas ab illustribus multorum virorum scriptis decerpsit. In his colligendis illud curavit, ut Adolescentibus occurreret, ne unquam a pulcherrimæ linguæ studio rei difficultate deterriti avocarentur. Tertia pars, cui *Syntheticæ* nomen est, complectitur Indicem copiosum latinarum vocum, cujus auxilio in græcam linguam transferre possis quidquid volueris, & elegantes etiam loquendi formulas fere semper exemplorum auctoritate munitas. Aliqua nomina deducta a verbis hic persæpe frustra quæsieris, quod illa Græce vel per Participia, vel per modos *infinitivos* plerumque efferantur: ut etiam nomina Propria, quæ græce facile reddi possunt, dummodo ex Grammatica constet, quæ litterarum utriusque linguæ natura sit, atque cognatio. Samuel Patricius Lexicon hoc diligenter a se castigatum edidit multa cum laude apud suos in Britannia, ubi homines græcarum litterarum peritissimi vigent. Tum ad hoc idem augendum & emendandum plurimum contulit Jo. Augustus Ernestus, cujus sollertia in his præsertim enituit, in expendendis scilicet ac declarandis verbis compositis, & simplicibus in suas classes distribuendis, in illustrandis ambiguis, ac novis eorum significationibus detegendis. Idem pluribus exemplis hoc ipsum auxit; interdum unius verbi causa librum integrum perlustravit, aliorum etiam oculis usus est ad vitia, quæ librariorum incuria irrepserant, expungenda: alia præterea sustulit, alia addidit, idque perfecit, ut & latius Lexici

hu-

hujus pateret usus, & fidentius posset a tyronibus usurpari. Tandem & ipse typorum elegantia, nitore chartæ, litterarum perspicuitate, novis emendationibus & incrementis hoc ipsum in meliorem formam redigendum curavi, ac tale reddendum, ut ab omnibus multo quam antea tutius atque securius percurri possit. Bono igitur animo fac excipias, Amice Lector, quod Tibi exhibeo: sic enim me ad similia Tibi paranda promptiorem reddes. Vale.

Expositio Notarum, quæ in Prima Lexici hujus Parte inter alias occurrunt.

Gl. Vet. f. *V.* i. e. Glossaria Veterum a Labbeo edita.
Phil. f. *Philox.* i. e. Philoxenus, Glossographorum facile princeps.
Lex. Gr. i. e. Lexicographi Græci, Hesychius, Suidas, Auctor Etymologici magni, Phavorinus.
Hesych. i. e. Hesychius Alexandrinus.
Suid. i. e. Suidas.
Etym. i. e. Etymologicum magnum.
Rob. i. e. Guilielmus Robertsonus, Anglus.
Suic. i. e. Jo. Casp. Suicerus, Tigurinus.

Atque hos Lexicographos ad eas Voces allegare placuit, de quarum auctoritate aliunde, quam ex ipsis, non constat, quum e contrario Philoxenus & Glossaria Veterum eo laudentur nomine, quod multas easque aptissimas Vocum significationes suppeditant, quæ non facile sunt obviæ.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del Pubblico Revisor *D. Natal dalle Laste* nel Libro intitolato: *Græcum Lexicon Manuale* ec. Stampato, non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza a *Gio: Manfrè Stampator di Venezia*, che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 22. Agosto 1770.

(Angelo Contarini Proc. Rif.
(Andrea Tron Proc. Rif.
(Sebastian Foscarini Cav. Rif.

Registrato in Libro a Carte 43. al Num. 342.

Davidde Marchesini Segretario.

24. Genaro 1772.

Registrato al Mag. contro la Bestemmia in Libro a carte 31.

Andrea Gratarol Segretario.

LE-

LEXICI
MANUALIS
GRÆCI
PARS I.
HERMENEUTICA.

LEXICI MANUALIS GRÆCI

PARS I.

Eaque HERMENEUTICA,

Vocum Græcarum ordine alphabetico se excipientium interpretationem Latinam, flexionem item, originationem & hujus generis alia exhibens.

A.

A, vel α, prima littera Alphabeti Græci, quæ Ἄλφα dicitur, & nomen indepta est ab Ebræorum Aleph. 2) nota numeralis significans *unum*, & cum lineola interne posita, *α mille*. 3) in Apocalypsi Joannis I, 8. eum notat, qui omni principio prior atque antiquior est.

A, in Compositione est 1) *στερητικὸν*, *privativum*, ut ἀβέβαιος, instabilis, infirmus, ex α & βέβαιος, stabilis, firmus. ἄβατος, invius, inaccessus, impervius, ex α & βατὸς, pervius, accessibilis. ἀμαθὴς, indoctus, ex α & μανθάνω, disco. Omninoque in partem deteriorem dicitur, ut in ἀφυὴς, stupidus, ex α & φυὴ indoles, ingenium. ἄμορφος, deformis &c. 2) *ἐπιτατικὸν*, *intensivum*, ut ἄξυλος, lignosus, plenus ligni, ex α & ξύλον, lignum. ἄχανης, vastus, in immensum hians sive patens, ex α & χαίνειν, hiare. 3) Aliquando significat ἅμα sive ὁμοῦ, *simul*, *conjunctionem*, ut ἀδελφὸς, frater, ex α & δελφυς, uterus, quia fratres sunt ex eodem utero *uterini*; sed Latinum minus late patet. ἄκοιτις, conjux, ex α & κοίτη, cubile. ἄλοχος, conjux, ex α & λέχος, cubile. 4) *πλεοναστικὸν*, *abundans*, *supervacaneum*, ut ἄσταχυς, spica, ex α & στάχυς. ἀσταφὶς, uva passa, ex α & σταφὶς. ἀστεροπὴ, fulgur, ex α & στεροπὴ. ἀάσχετος, intolerabilis, ex α & ἄσχετος.

Ἆ, Ah! ἆ, ἆ, Ah! ah! Vox admirantis, lamentantis. Ἅ, ἅ, vel ἆ, ἆ, Ha, ha, ridentis.

Ἀ, Ah! O! Oh! Ἀ, ἀ, Ah! ah! Oh! oh! Vox miserantis, admirantis.

Ἀάατος, ε, ὁ καὶ ἡ, valde noxius. 2) innoxius. Ex α intens. vel privat. & ἄατος.

Ἀαγὴς, ἑος, ὁ καὶ ἡ, fractu difficilis, robustus, non fractus, firmus. Ex α privat. & ἄγω, *frango*.

Ἀαδέω, ἀαδεῖν, turbare, molestia afficere. 2) injuria affici, lædi. 3) inopia laborare, cibo abstinere. Hesych. Suidas. Occurrit ἀάδησε, aor. 2. Ex α intens. & ἀδέω, *tædio afficior*. Vel ab ἀαδὴς pro ἀηδὴς ap. Hesych.

ἈΆΖΩ, f. άσω, calidum halitum efflo, exhalo.

Ἀάθικτος, ε, ὁ καὶ ἡ, incorruptibilis, damno non obnoxius. Ex α pleon. & ἄθικτος, *intactus*.

ἈΆΜΙΝΣ, ϑος, ἡ, instrumentum aucupatorium, v. g. ames.

Ἀανὴς, ἑος, ὁ καὶ ἡ, qui perfici nequit. Ab ἄνη, *effectio operis*. *At* ἀάνης, ὁ, ἡ, qui efficere nil potest.

Ἀάομαι, lædo. hinc ἀᾶται, lædit.

Ἀάατος, ε, ὁ καὶ ἡ, non tangendus, intactus, Gl. Vet. 2) inaccessus. 3) quem nemo lædere potest, vel vincere, ut χεῖρες ἄαπτοι ap. Hom. Ex α pr. & ἅπτω, vel ἰάπτω, *noceo*.

Ἀαρὼν, ὁ, Aaron. Nomen viri Ebræum indeclinabile.

Ἀάτάω, f. άσω, lædo, noceo. Ab ἀάω, idem.

Ἀατμὸς, ᾶ, ὁ, exhalatio. Ab ἀάζω, *halo*.

Ἀάσχετος, ε, ὁ καὶ ἡ, qui retineri nequit. 2) nemini cedens. 3) intolerandus. 4) insuperabilis. Ex α & ἄσχετος, idem.

Ἄατος, ε, ὁ καὶ ἡ, innoxius. 2) valde noxius. 3) insatiabilis. Ex α & ἄτη, *noxa*. item ex ἄω, *satio*.

Ἀάτω, f. άσω, noceo, lædo. Ex α pl. & ἄτω, *noceo*.

Ἀβαδδὼν, perditio, vastatio. Nomen Ebræum indeclinabile.

Ἄβαζος, ε, ὁ καὶ ἡ, mutus. 2) taciturnus, quietus. Ex α & βάζω, *loquor*.

Ἀβαθὴς, ἑος, ὁ καὶ ἡ, profunditate carens, vadosus. A βάθος.

Ἄβαιον, parvum, exiguum. Ex α & βαιὸν, idem.

Ἀβακέω, f. ήσω, sileo, sc. ob ignorantiam. 2) ignoro, nescio. Ex α priv. & βάζω, *loquor*.

Ἀβακέως, *Adv.* placide, quiete. Ab ἀβακὴς.

Ἀβακήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, mutus. 2) stultus.

Ἀβακὴς, ἑος, ὁ καὶ ἡ, taciturnus, mutus. 2) quietus, placidus.

Ἀβακίζω, f. ίσω, taceo. 2) quietus sum.

Ἀβάκιον, ε, τὸ, abaculus, tabula, cui vasa convivalia imponuntur. 2) mensa, s. tabula calculatoria. 3) tabula mathematica, in qua lineæ & figuræ describi solent. 4) vas, in quo feruntur opsonia. Dim. ab ἄβαξ.

Ἀβακίσκος, ου, ὁ, tessella pavimenti, vel operis musivi.

Ἀβάκχευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Bacchanalium expers.

ἈΒΑ'ΛΕ, vel ἄβαλε, *Adv.* utinam. 2) heu! phy!

ἌΒΑΞ, ακος, ὁ, abacus. 2) tabula mathematica, in qua lineæ atque figuræ describi solent. 3) tabula calculatoria. 4) tabula aleatoria. 5) tabula, f. mensa, cui vasa convivalia imponuntur. Gl. Vet. Abacus, armarium.

Ἄβαξ, ακος, ὁ καὶ ἡ, mutus. Ex α privat. & βάζω, *loquor*.

Ἀβάπτιστον, ου, τό, terebella, instrumentum Medicorum.

Ἀβάπτιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, immersabilis, qui mergi non potest, vel non mergitur. 2) non baptizatus.

Ἄβαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non tinctus. 2) cujus acies durata non est. *Nam ea duratur aqua*. Ex α privat. & βάπτω, *tingo*.

ἈΒΑΡ, αρος, τό, placentæ genus.

Ἀβαρής, έος, ὁ καὶ ἡ, non onerosus, non molestus. Ex α privat. & βάρος, *onus*.

Ἄβαρις, ιος, ὁ καὶ ἡ, continentis habitator. Ex α privat. & βάρις, *navis*, adeoque proprie, cui non est navis.

Ἀβασάνιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, inexploratus, non examinatus, non spectatus, non tortus. 2) expers doloris, qui nullis doloribus cruciatur.

Ἀβασανίστως, *Adv.* temere, re non examinata.

Ἀβασίλευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, rege carens.

Ἀβάσκανος, ου, ὁ καὶ ἡ, invidia vacuus, non invidens. 2) non mendax, verus. Ex α priv. & βασκαίνω, *fascino*, *invideo*.

Ἀβάσκαντον, ου, τό, fascini amuletum. Ex iisd.

Ἀβάσκαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, invidia carens, ab invidia tutus. Gl. Vet. infascinabilis.

Ἀβασκάντως, *Adv.* citra invidiam. Gl. Vet. fine fascino, infascinate, præfiscine.

Ἀβασκάνως, idem.

Ἀβάστακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui portari nequit.

ἌΒΑΤΟΝ, ου, τό, adytum.

Ἄβατος, ου, ὁ καὶ ἡ, invius, accessu, vel aditu difficilis. 2) sacer, non adeundus. 3) desertus, desolatus. Ex α pr. & βαίνω, *eo*. *Unde*

Ἀβατόω, ῶ, f. ώσω, desertum reddo.

Ἄβαφος, ου, ὁ καὶ ἡ, non tinctus. Ex α priv. & βάπτω, *tingo*.

ἈΒΒΑ', pater. Nomen Syr. indeclin.

Ἀβδέλυκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non exsecrabilis.

Ἀβέβαιος, ου, ὁ καὶ ἡ, inconstans, qui facile mutatur, instabilis, infirmus.

Ἀβεβαιότης, ητος, ἡ, infirmitas. Gl. Vet. instabilitas.

Ἀβεβαίως, *Adv.* inconstanter.

Ἀβέβηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, non profanus, sacer, sacrosanctus, de loco, quem non fas est adire.

Ἀβέλ, Abel. Nomen viri Ebræum indeclinabile. *Vanitas*.

Ἀβελτερία, ας, ἡ, stultitia, amentia, insipientia.

Ἀβελτεροκόκκυξ, υγος, ὁ καὶ ἡ, *Verbum comicum*, stultus. 2) vanus. Ex ἀβέλτερος & κόκκυξ, *cuculus*.

Ἀβέλτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, stultus, insipiens, vecors, melius non cognoscens. Gl. Vet. stolidus.

Ἀβελτηρία, ας, ἡ, stultitia, vecordia. Gl. Vet. ruditas. insipientia.

Ἀβέρβηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, incompositus, inanis. Hesych. Suid. v. ἀβύρβηλος.

Ἀβιά, Abia. Nomen viri Ebr. indeclin. *Pater meus est Dominus*.

Ἀβιάθαρ, Abiathar. Nomen viri Ebr. indeclin. *Pater excellens*.

Ἀβίαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, non coactus, sine violentia. Hinc τὸ ἀβίαστον, ου, libertas. Ex α privat. & βιάζω, *cogo*.

Ἀβιάστως, *Adv.* libere, non coacte.

Ἄβιβλος, ου, carens libris.

Ἀβιληνή, ῆς, ἡ, Abilene. Regio Syriæ vel Palæstinæ.

Ἄβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui non suppetit victus. 2) dives. 3) longævus. 4) inermis. 5) valde robustus. 6) non violentus, non injurius. Ex α & βίος, *vita*, βιός, *arcus*, vel βία, *vis*.

Ἀβιούδ, Abiud. Nomen viri Ebr. indeclin. *Pater decoris*, seu *Decus patris*.

Ἀβίωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non vitalis. 2) malus, injucundus, molestus, ut βίος ἀβίωτος. ἀβίωτα, & ἀβίωτα, *pl.* vita non vitalis, i. e. misera.

Ἀβιώτως, *Adv.* cum tædio vitæ.

Ἀβλάβεια, ας, ἡ, incolumitas. 2) innocentia.

Ἀβλαβέως, *Adv.* innoxie.

Ἀβλαβής, έος, ὁ καὶ ἡ, innoxius, innocuus, non nocens. 2) noxæ expers, illæsus. Ex α priv. & βλάπτω, *noceo*.

Ἀβλαβῶς, *Adv.* innoxie, citra noxam, illæse.

Ἄβλαπτος, ου, noxæ expers. 2) innocens.

Ἀβλαπτῶς, sine noxa.

Ἀβλαστέω, ῶ, f. ήσω, male germino, non succresco. *E seq.*

Ἀβλαστής, έος, ὁ καὶ ἡ, male germinans, infecundus.

Ἄβλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem. Ab α pr. & βλαστάνω.

Ἀβλεμέως, *Adv.* negligenter, pro ἀμελέως.

Ἀβλεπτής, έος, ὁ καὶ ἡ, despectus, vilis.

Ἀβλεπτέω, f. ήσω, conniveo, cæcutio. 2) pecco.

Ἀβλέπτημα, ατος, τό, peccatum, erratum.

Ἀβλεψία, ας, ἡ, cæcitas. 2) inconsiderantia.

Ἀβλής, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, nondum jactus. Ex α priv. & βάλλω, *jacio*.

Ἄβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, nondum missus, nondum jactus. 2) non ictus, non vulneratus.

Ἀβληχρός, ου, ὁ καὶ ἡ, al. ἀβληχρής, ῆς, ῆς, debilis, infirmus. 2) fortis.

Ἀβλίμαστος, ὁ καὶ ἡ, (ἀβλίμαστος vulgo) intactus. Ex α priv. & βλιμάζω, *tango*.

Ἀβοηθησία, ας, ἡ, auxilii defectus. Ex α priv. & βοηθέω, *auxilior*.

Ἀβοήθητος, ου, ὁ καὶ ἡ, auxilio destitutus. 2) remedio carens, immedicabilis.

Ἀβοητί, fine clamore. Ex α & βοάω.

Ἄβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, (pullus equinus) qui nondum amisit dentes ætatis indices. Ex α priv. & βάλλω, *jacio*.

Ἄβοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, pascuis carens, non pastus. Ex α privat. & βόσκω, *pasco*.

Ἀβουλόληπτος, ὁ καὶ ἡ, fastidiosus, repudiandus. ap. Æschyl.

Ἀβουλί, *Adv.* inconsulte, temere.

Ἀβουλήτως, *Adv.* inconsulto, absque deliberatione.

Ἀβουλέω, f. ήσω, nolo. 2) non consulto. Ex α privat. & βουλή, *consilium*.

Ἀβουλής, έος, ὁ καὶ ἡ, nolens, invitus. 2) inconsultus.

Ἀβουλησία, ας, ἡ, cum quis non vult, invitus agit. Suic. Ex α priv. & βούλομαι, *volo*.

Ἀβου-

Ἀβούλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, invitus. 2) quem nolumus, qui nobis invitis accedit. Ex iisdem.

Ἀβουλήτως, *Adv.* involuntarie, præter voluntatem. 2) fortuito.

Ἀβουλία, ας, ἡ, consilii inopia. 2) temeritas, imprudentia. 3) amentia, stultitia. 4) consilii pravitas.

Ἄβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, consilii expers. 2) stultus. Gl. Vet. incogitans, inconsultus.

Ἀβουλότατα, *Adv.* inconsultissime, inconsideratissime, Herodot.

Ἀβούλως, *Adv.* temere, imperite, male, inconsulte, sine ratione.

Ἀβούτης, ου, ὁ, bubus carens. Ex α & βοῦς, *bos*.

ἌΒΡΑ, vel ἅβρα, ας, ἡ, ancilla honestior, quæ *delicata* latinis, pedissequa. Scriptura posterior rectior.

Ἀβραάμ, Abraham. Nomen viri Ebr. indeclin. *Pater excelsus*, vel *Pater multitudinis*.

Ἄβρεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non madefactus, ubi non pluit. Ex α priv. & βρέχω, *madefacio*, *pluo*.

Ἁβρίζομαι, delicato cultu utor, delicate me orno. Ab ἁβρός.

Ἀβρίζω, f. ίξω, a cibo dormito. 2) dormito.

Ἀβριθής, έος, ὁ καὶ ἡ, sine pondere, levis. Ex α priv. & βρίθω, *sum gravis*.

Ἄβριστος, ου, ὁ καὶ ἡ, insomnis, vigil. 2) surdaster. Ab ἀβρίζω.

Ἁβροβάτης, ου, ὁ, molli incessu utens. Ex ἁβρὸς, & βαίνω, εο, *incedo*.

Ἁβρόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui mollioris vitæ est, delicatus.

Ἁβρογόος, ου, ὁ καὶ ἡ, molles gemitus edens. Ex ἁβρὸς & γόος, *luctus*, *gemitus*.

Ἁβροδιαιτάομαι, ῶμαι, vitam mollem & delicatam ago.

Ἁβροδίαιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, molliter & delicate vivens. Gl. Ve. ἁβροδίαιτον, delicatum.

Ἁβροείμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, delicate vestitus. Ex ἁβρὸς & εἷμα, *vestis*.

Ἁβρόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, molles & delicatos fructus ferens.

Ἁβροκομέω, f. ήσω, molli coma sum. 2) delicior, superbio. Ex ἁβρὸς & κόμη, *coma*.

Ἁβροκόμης, *Dor.* ἁβροκόμας, ου, ὁ, cui mollis & delicata coma est.

Ἁβρόκομος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem. Suid.

Ἀβρομία, ας, ἡ, tenebræ. Ab α priv. & βρόμος, quia tenebræ strepitu carent.

Ἀβρόμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, abstinens a vino, abstemius. Ex α priv. & Βρόμιος, *Bacchus*, *vinum*.

Ἄβρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, strepitum magnum edens, tumultuosus. Ex α intens. & βρόμος, *strepitus*.

Ἁβρόπηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, molli & subtili stamine contextus. Ex ἁβρὸς, & πήνη.

Ἁβροπλουτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Epith. comæ, auro, gemmis etc. ornatæ, ap. Eurip.

Ἁβρός, ά, όν, mollis, delicatus. 2) lautus. 3) festivus. 4) gravitatem præ se ferens.

Ἁβροσταγής, έος, ὁ καὶ ἡ, mollitie diffluens. Ex ἁβρὸς & στάζω, *stillo*.

Ἁβροσύνη, ης, ἡ, mollities, deliciæ, luxus. 2) splendor, nitor. Ab ἁβρός.

Ἀβροτάζω, f. άξω, noctu vagor. 2) aberro. Ab ἀβρότη, *nox*.

Ἀβροτέω, nocte occurro. 2) pecco. A sq.

ἈΒΡΟΤΗ, ης, ἡ, nox. Quasi ex α pr. & βροτὸς *homo*, quia noctu homines latent, & nox illis qs. caret.

Ἀβροτήμων, ονος, ὁ, peccator. Ab ἀβροτέω.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, mollities. Ab ἁβρός.

Ἁβρότιμος, ὁ & ἡ, delicatus, valde pretiosus.

Ἀβροτόνινος, ίνη, ινον, confectus ex abrotono. Ab ἀβρότονον.

Ἀβροτονίτης, ου, ὁ, scil. οἶνος, vinum abrotonites. A sq.

ἈΒΡΟΤΟΝΟΝ, ου, τὸ, abrotonum, genus herbæ perpetuo virentis.

Ἄβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, immortalis. Ex α priv. & βροτὸς, *mortalis*.

Ἁβροχαίτας, Dor. pro seq.

Ἁβροχαίτης, ου, ὁ, molliter & pulcre comatus.

Ἀβροχία, ας, ἡ, siccitas, pluviæ defectus.

Ἁβροχίτων, ωνος, ὁ καὶ ἡ, molli tunica indutus.

Ἄβροχος, ου, ὁ καὶ ἡ, immadidus, non madefactus, ubi non pluit. Ex α priv. & βρέχω, *madefacio*, *pluo*.

Ἀβρόχως, sine pluvia.

ἈΒΡΥΝΑ, vel ἄβρυνα, ων, τὰ, mora.

Ἁβρύνω, ἁβρύνομαι, ornor, deliciis indulgeo, nitesco, cultum mihi comparo, glorior, insolesco. Ab ἁβρός.

Ἁβρῶς, *Adv.* molliter, delicate.

Ἀβρωσία, ας, ἡ, jeiunium, fames.

Ἄβρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non voratus, non exesus. 2) cariem non sentiens. 3) esui ineptus. Gl. Vet. ἄβρωτον, irrosum, inesum. Ex α priv. & βρώσκω, *voro*, *edo*.

ἈΒΥΡΒΗΛΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, (s. ἀβύρβηλος, ut Etym. M. habet) multus, magnus, satietatem adferens. 2) impudens, invisus. Hesych. Suid. v. ἀβύρβηλος.

Ἄβυσσος, ου, ἡ, abyssus, infinitæ profunditatis vorago. 2) *in sacris*, gehenna, infernus. 3) *Trop.* adfluentia rerum. *Aliis etiam adject.* fundo carens, profundissimus, immensus. Ex α priv. & βυσσὸς, *Jon.* pro βυθός.

Ἄγαβος, ου, ὁ, Agabus. Nomen viri.

Ἀγάζηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, invidus. Ex ἄγαν & ζῆλος, *æmulatio*.

Ἀγάζομαι, admiror, suspicio. 2) veneror. 3) indignor, succenseo. 4) invideo. Ab ἄγαν.

Ἀγαθαρχία, ας, ἡ, boni principium, s. causa prima, *de Deo*. Ex ἀγαθὸς & ἀρχή. *Unde*

Ἀγαθαρχικός, Deus dicitur, ap. Pseudo-Dionys. Areop.

Ἀγαθεωρέω, ῶ, admirabundus intueor. Ex ἄγαν, *valde* & θεωρέω, *contemplor*.

Ἀγαθίζομαι, bona dico, bonis ominibus prosequor.

Ἀγαθικός, ή, όν, probus. 2) recte & cum virtute factus.

ἈΓΑΘΙΣ, ίδος, ἡ, glomus.

Ἀγαθοδαιμονισταί, οἱ, *proprie*, de calice boni Genii (*qui est ἄκρατος*) bibentes; *deinde*, parum vini & parce bibentes. Hesych.

Ἀγαθοδότης, ου, ὁ, bonorum dator. Ex ἀγαθὸς & δότης, *dator*.

Ἀγαθοεργέω, f. ήσω, benefacio, bene ago.

Ἀγαθοεργία, ας, (*Jon.*-ίη) ἡ, beneficentia.

Ἀγαθοποιέω, f. ήσω, bene recteque ago. 2) beneficio adficio. 3) prosum.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, beneficentia. 2) beneficiorum collatio. 3) benefactum.

Ἀγαθοποιός, ὁ, ὁ καὶ ἡ, bonum, vel bona efficiens.

2) munificus, beneficus.

Ἀγαθοπρεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, bonos decens. 2) benignus. Ex ἀγαθὸς & πρέπω, convenio.

Ἀγαθοπρεπῶς, *Adv.* ut bonum decet. 2) benigne.

ἈΓΑΘΟ'Σ, ὴ, ὸν, bonus, probus. 2) fortis, strenuus. 3) prudens. 4) præstans, excellens. 5) peritus alicujus rei. 6) utilis. 7) faustus, secundus, felix. 8) lautus, opiparus. 9) benevolus. 10) frugifer. 11) purus. 12) dives. 13) servit & ironiæ in allocutionibus. ἀγαθὸν, ȣ͂, τὸ, 1) bonum. 2) commodum, emolumentum. 3) *hinc formula ἐπ' ἀγαθῷ*, auspicato, *item* bono consilio. 4) ap. scriptores Eccl. de Eucharistia. 5) *in plur.* ἀγαθὰ sunt divitiæ, opes, b) res secundæ, c) virtutes.

Ἀγαθοσύνη, ης, ἡ, bonitas, Gl. Vet. 2) adfectus ad benefaciendum proximo.

Ἀγαθοτέλεια, ας, ἡ, boni efficientia, boni perfectio. A sq.

Ἀγαθοτελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, boni efficiens. 2) plane bonus. Ex ἀγαθὸς & τέλος.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas, benevolentia.

Ἀγαθουργέω, ῶ, f. ήσω, benefacio.

Ἀγαθουργὸς, beneficus. Ex ἀγαθὸς & ἔργον, *opus*.

Ἀγαθουργία, ας, ἡ, *Jon.*-γίη, beneficentia. 2) bonum opus.

Ἀγαθουργικὸς, ὴ, ὸν, beneficus, benignus.

Ἀγαθουργὸς, ȣ͂, ὁ καὶ ἡ, beneficus, benignus.

Ἀγαθοφυὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui est natura, seu indole bona. Ex ἀγαθὸς & φυὴ, *natura*, *indoles*.

Ἀγαθοφυΐα, ας, ἡ, bonitas insita ingenii.

Ἀγαθόω, f. ώσω, benefacio, bonum efficio. 2) beneficio adficio. 3) exhilaro; & ἀγαθόομαι, bene adfectus sum.

Ἀγαθῶς, *Adv.* bene. 2) utiliter. 3) valide.

Ἀγαῖος, αία, αῖον, admirabilis. 2) invidiosus. Gl. Vet. invidus. 3) elegans. Ab ἀγάω, *demiror*. v. Verb. sequens.

Ἀγαίω, & , quod usitatius, ἀγαίομαι, admiror. 2) obstupefacio, perterrefacio. 3) succenseo, indignor. 4) invideo. Ab ἀγάω.

ἈΓΑΙ'ΩΝ, ωνος, ὁ, Sol.

Ἀγακλεὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, valde gloriosus, percelebris. Ex ἄγαν & κλέος, *gloria*.

Ἀγακλειτὸς, ὴ, ὸν, valde celeber, præclarus, inclitus. Ex ἄγαν & κλειτός.

Ἀγακλεῶς, studio gloriæ. Ab ἀγακλεής.

Ἀγακλυτὸς, ὴ, ὸν, perceleber, inclitus. Ex ἄγαν & κλυτὸς, *celeber*.

Ἀγακτίζω, bene condo. perf. p. ἀγακεκτισμένη vel ἀγακτιμένη πόλις, urbs pulchra, ap. Pind. ab ἄγαν & κτίζω.

Ἀγάλακτες, ων, οἱ, collactanei, s. qui idem lac suxerunt. 2) consanguinei. 3) æquales, ætate pares. 4) simul educati. 5) fratres. 6) sacrorum gentilitiorum participes; *sed tamen proprie est*, lacte carentes, ut ἀγάλακτοι. Ex α notante ὁμȣ͂, & γάλα, *lac*.

Ἀγαλακτία, ας, ἡ, lactis penuria. 2) lactis abundantia. Ex α pr. vel intens. & γάλα.

Ἀγάλακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, lacte carens. 2) collactaneus.

Ἀγαλακτοσύνη, ης, ἡ, cognatio, qs. lactis communicatio. 2) lactis inopia. Ex α notante ὁμȣ͂ aut ex α priv. & γάλα, *lac*.

Ἀγαλλητὸν, ȣ͂, τὸ, delectabile. 2) admirabile. Hesych. Ab ἀγάλλω.

Ἀγαλλίαμα, τος, τὸ, exsultatio præ gaudio magno. Philox. exultatio. al. Gl. Vet. jubilum.

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, exsultatio, lætitia, Gl. Vet.

Ἀγαλλιάω, ῶ, & frequentius ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, exsulto, gestio, tripudio. Gl. Vet. jubilo. Ab ἀγάλλω.

ἈΓΑ'ΛΛΟΧΟΝ, ȣ, τὸ, lignum Indicum, odoratum & gustu austeriori.

ἈΓΑ'ΛΛΩ, f. αλῶ, orno, & ἀγάλλομαι, glorior, oblecto me aliqua re, gaudeo, gestio, exsulto. Aor. 1. ἀγῆλαι, decorare.

Ἄγαλμα, τος, τὸ, *proprie* ornamentum, oblectamentum. 2) simulacrum, statua, imago. 3) res ornata, ut victima sertis, auro ornata. 4) simulacrum Dei. Ab ἀγάλλω.

Ἀγαλμάτιον, ȣ, τὸ, simulacrum parvum, imaguncula, statua parva. Dim. pr.

Ἀγαλματογλύφος, ȣ, ὁ, cælator, Philox. sculptor. Ab ἄγαλμα & γλύπτω, *sculpo*.

Ἀγαλματοποιέω, ῶ, f. ήσω, simulacra conficio. Ex ἄγαλμα & ποιέω, *facio*.

Ἀγαλματοποιητικὸς, ὴ, ὸν, conficiens simulacra. Hinc ἡ ἀγαλματοποιητικὴ, ῆς, sc. τέχνη, ars ipsa.

Ἀγαλματοποιΐα, ας, ἡ, simulacrorum confectio. A sq.

Ἀγαλματοποιὸς, ȣ͂, ὁ καὶ ἡ, simulacrorum fabricator. Gl. Vet. fictor simulacri, sigillarius. Ex ἄγαλμα & ποιέω, *facio*.

Ἀγαλματουργία, ας, ἡ, ars conficiendi simulacra.

Ἀγαλματουργικὸς, ὴ, ὸν, conficiens simulacra, vel pertinens ad confectionem eorum.

Ἀγαλματουργὸς, ȣ͂, ὁ καὶ ἡ, statuarius. Ex ἄγαλμα & ἔργον, *opus*.

Ἀγαλματοφορέομαι, ȣ͂μαι, quasi simulacrum gestor animo, & circumferor. Ex ἄγαλμα & φορέω, *fero*.

Ἀγαλματόω, ῶ, f. ώσω, in simulacrum verto. 2) simulacrum facio.

Ἄγαμαι, admiror. 2) probo, laudo. aor. 1. ἠγάσθην, part. ἀγασθεὶς, admiratus. Ab ἀγάω.

Ἀγαμένως, *Adv.* miris modis, mirifice, cum admiratione.

Ἀγάμητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, cælebs, nuptiarum expers. Ex α pr. & γαμέω, *nubo*.

Ἀγαμία, ας, ἡ, cælibatus.

Ἀγάμιον, ȣ, τὸ, idem. ἀγαμίου δίκη, crimen cælibatus.

Ἄγαμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, cælebs, qui uxorem non duxit, vel quæ non nupsit. Philox. cælebs, innupta. 2) viduus, qui uxore mortua factus est cælebs.

ἌΓΑΝ, *Adv.* nimis, immodice, nimium, valde.

ἈΓΑΝΑΚΤΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, indignor, stomachor, ægre fero, conqueror, succenseo, excandesco, tingor.

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, indignatio, stomachatio.

Ἀγανακτητὸς, ὴ, ὸν, indigne ferendus.

Ἀγανακτικὸς, ὴ, ὸν, querulus, qui facile queritur & ægre fert casus incommodos.

Ἀγανακτικῶς, irate, ægre.

Ἀγανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mitis, lenis, placidus, comis.

Ἀγάννιφος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, valde nivosus, nivalis.

Ἀγανοβλέφαρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, blandos habens oculos. Ex ἀγανὸς & βλέφαρα, *palpebræ*.

Ἀγανὸς, ὴ, ὸν, mitis, placidus, blandus. 2) desiderabilis.

Ἀγανοφροσύνη, ης, ἡ, comitas, mansuetudo, lenitas, jucunditas. A sequ.

Ἀγανόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, mitis, blandus, mansuetus,

φρων, placidus. Ex ἀγανὸς & φρὴν, *mens*.

Ἀγανώπης, ου, ὁ, qui blando est ore. Ex ἀγανὸς & ὤψ, *oculus*, *vultus*.

Ἀγανῶπις, ιδος, ἡ, placidum adspectum habens, blando adspectu intuens. Ab ἀγανώπης.

Ἀγαπάζω, amo, comiter excipio, amplexor. 2) curo, condo, *de funere*.

ἈΓΑΠΑ͂Ω, f. ήσω, amo, diligo. 2) amice & hilare excipio. 3) osculor. 4) præfero. 5) contentus sum, adquiesco, probo. ἀγάπησον, dilige, Philox. aor. 1. act. ἀγαπηθεὶς, dilectus, Philox. aor. 1. part. pass. ἠγαπημένος, dilectus, Philox. dilectissimus, perf. part. pass.

Ἀγάπη, ης, ἡ, amor, dilectio, caritas. 2) osculum. ἀγάπαι, convivia quædam Christianorum.

Ἀγάπημα, τος, τὸ, dilectio. 2) res, s. persona, quæ amatur.

Ἀγαπήνωρ, ορος, ὁ, fortis, strenuus. Ex ἀγαπάω & ἠνορέη, *fortitudo*.

Ἀγάπησις, εως, ἡ, dilectio.

Ἀγαπησμὸς, ῦ, ὁ, dilectio.

Ἀγαπητέον, sc. ἐστὶ, adquiescendum est, contentum esse oportet.

Ἀγαπητέος, έα, έον, amandus.

Ἀγαπητικὸς, ὴ, ὸν, vim diligendi habens.

Ἀγαπητικῶς, *Adv.* amanter, benevole.

Ἀγαπητὸς, ὴ, ὸν, dilectus, carus, amabilis. 2) unicus, s. unigenitus. 3) vir cum Diaconissa habitans, ut ἀγαπητὴ, virgo habitans cum monachis cælibatum professis. 2) ἀγαπητόν ἐστι, boni consulendum est, non respuendum est.

Ἀγαπητῶς, *Adv.* grate, amabiliter. 2) cupide, libenter. 3) satis. 4) vix, ægre.

Ἀγαπαζομένη, ης, ἡ, amasia, amica.

Ἀγαπαζόμενος, ου, ὁ, amasius, amicus.

Ἄγαρ, ἡ, Agar. Nomen servæ Ebr. indeclinabile. *Peregrina*, sive *Timidia*.

ἈΓΑΡΙΚΟ͂Ν, ου, τὸ, agaricum. Nomen fungi arboris.

Ἀγάῤῥητος, valde ingratus & invisus. Ex ἄγαν & ἄῤῥητος, n. 5.

Ἀγάῤῥοος, contr. ἀγάῤῥους, ου, ὁ καὶ ἡ, celeriter fluens, æstuosus. Ex ἄγαν & ῥέω, *fluxus*.

Ἀγάστος, ου, ὁ, inclitus, celeber. Ab ἄγαμαι, *miror*.

Ἄγασμα, τος, τὸ, veneratio. 2) res veneratione digna. Ab eod.

Ἀγάστονος, ου, ὁ καὶ ἡ, multum gemens, valde suspirans. 2) luctuosus. Ex ἄγαν & στόνος, *suspirium*.

Ἀγαστὸς, ὴ, ὸν, admirandus. 2) stuporem adferens. Ab ἄγαμαι, *admiror*.

Ἀγάστωρ, ορος, ὁ, frater uterinus. 2) gemellus. 3) consanguineus. Ex α notante ὁμοῦ, & γαστὴρ, *venter*.

Ἀγαστῶς, admirabiliter, ab ἀγαστός.

ἈΓΑΣΥΛΛΙ͂Σ, ίδος, ἡ, frutex, unde liquor Ammoniacus elicitur.

Ἀγάομαι, admiror. Ab ἀγάω.

Ἀγαυὸς, ὴ, ὸν, admirabilis, præclarus, nobilis. 2) superbus, arrogans. Ab eod.

Ἀγαυρίαμα, ατος, τὸ, elevatio animi. A sq.

Ἀγαυριάω, ῶ, valde insolesco. A seq.

Ἀγαυρὸς, ρὰ, ρὸν, superbus, insolens, ferox. 2) elegans. 3) inops. 4) delicatus. Ex α intens. & γαῦρος, *superbus*.

Ἀγάφθεγκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, valde sonans, Ex ἄγαν & φθέγγομαι, *sono*.

ἈΓΑ͂Ω, ῶ, ἄγαμαι, quam usitatius, demiror, stupeo. 2) invideo. 3) odi.

Ἄγγαρα, ων, τὰ, mansiones, s. stationes, in quas οἱ ἄγγαροι, peracto diei penso, divertebant. Ab ἄγγαρος.

Ἀγγαρεία, ας, ἡ, ministerium ἀγγάρων. 2) servitus coacta & invita, ministerium, officium expressum. Philox. prenfatio. Ab ἀγγαρεύω.

Ἀγγαρήϊον, ου, τὸ, cursus angarorum.

Ἀγγαροδότης, ου, ὁ, qui tabellarium mittit. 2) qui cogit servitium præstare, imponit operas.

Ἀγγαρεύω, f. σω, angario, jubeo currere, vel aliquid ferre. 2) adigo, impello.

Ἀγγαρήϊον, τὸ, *Jonice*, idem quod ἀγγαρεῖον.

ἌΓΓΑΡΟΣ, ου, ὁ, nuncius, vel tabellarius regum Persarum, qui in statione sua positus, & opperiens, litteras ab altero angaro acceptas alteri tradebat, quo celerius perferrentur. 2) quivis, qui aliquid bajulat, vel perfert, servus, minister, operarius.

Ἀγγαροφορέω, ῶ, f. ήσω, bajulo velut ἄγγαρος.

Ἀγγείδιον, ου, τὸ, vasculum. Dim. ab ἀγγεῖον.

Ἀγγειολογέω, ῶ, venas lego. Ex ἀγγεῖον, *vena*, & λέγω, *lego*.

Ἀγγειολογία, ας, ἡ, ipse actus venas legendi. A præc. vel pars doctrinæ anatomicæ ea, quæ venarum cursus persequitur & demonstrat.

Ἀγγεῖον, ου, τὸ, vas liquoris capax, receptaculum. 2) vena, ap. Medicos. Ab ἄγγος.

Ἀγγειόσπερμος & ἀγγειοσπέρματος, ου, ὁ καὶ ἡ, vasculo, sive vasculis semen inclusum habens. Ex ἀγγεῖον & σπέρμα, *semen*.

Ἀγγειώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, vasis formam, vel capacitatem habens.

Ἀγγελία, ας, ἡ, nuncium, denunciatio. 2) mandatum a nuncio perlatum. 3) rumor, relatio.

Ἀγγελίας, ου, ὁ, nuncius.

Ἀγγελιαφορέω, tabellarius fiom, nuncio.

Ἀγγελιαφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, nuncius, tabellarius. Gl. Vet. famiger.

Ἀγγελίζομαι, nuncio.

Ἀγγελικὴ, ῆς, ἡ, saltatio quædam, quæ exercebatur inter pocula. 2) herba angelica.

Ἀγγελικὸς, ὴ, ὸν, angelicus, ad Angelum pertinens, ab angelis ortus, datus. Ab ἄγγελος.

ἈΓΓΕ΄ΛΛΩ, f. ελῶ, nuncio, certiorem facio. aor. 1. ἤγγειλα, in med. ἠγγειλάμην.

Ἄγγελμα, τος, τὸ, nuncium, res, quæ nunciatur.

Ἄγγελος, ου, ὁ καὶ ἡ, nuncius, nuncia. 2) Angelus, s. nuncius Dei. 3) nuncium.

Ἀγγοθήκη, ης, ἡ, apotheca vasorum. 2) capsa & theca poculi. Ex ἄγγος & θήκη, *repositorium*.

Ἀγγοπῆναι, ῶν, αἱ, favi, seu crates favorum & quasi contextus. Hesych. Suid. Ex ἄγγος & πήνη, *tela*, quia in modum telæ structæ sunt.

Ἀγγοπήνια, ων, τὰ, idem. Hesych. Suid. Ab eodem.

ἌΓΓΟΣ, εος, τὸ, vas quodlibet, ut dolium, urna, &c. 2) uterus ap. Hippocr.

ἈΓΓΟΥ΄ΡΙΟΝ, ου, τὸ, cucumis.

Ἄγγουρον, ου, τὸ, idem.

ἌΓΓΟΥΡΟΣ, ου, ὁ, placentæ genus.

Ἀγγρίζω, f. ίσω, irrito, dolore adficio. A sq.

ἌΓΓΡΙΣ, ιος, ἡ, dolor.

Ἀγγρισμὸς, ῦ, ὁ, irritatio. Gl. Vet. Ab ἀγγρίζω.

Ἀγγριστὴς, ῦ, ὁ, irritator. Gl. Vet. Ab eod.

ἈΓΓΥ΄ΛΗ, ης, ἡ, lorum in modum catenæ intortum.

Ἀγε,

Ἄγε, *Adv. hortantis*, age, agedum, agesis, eja.

Ἀγέραστος, ο, ὁ καὶ ἡ, inhonoratus. 2) valde honoratus. Rob. Ex α priv. vel intens. & γέρας, *honor*.

ἈΓΕΙ'ΡΩ, f. ερῶ, p. ἤγερκα, *Att.* ἀγήγερκα, pass. ἀγήγερμαι, congrego, colligo. 2) mendicando corrogo, circulatorum more peto. 3) vagor, volito, victoriæ, aut alius rei causa.

Ἀγείσωτος, ο, ὁ καὶ ἡ, suggrunda non munitus. Ex α pr. & γεῖσον, *suggrunda*.

ἈΓΕΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, injurius. Hesych. Etym.

Ἀγείτων, ονος, ὁ καὶ ἡ, vicinum non habens.

Ἀγελάζω, f. άσω, congrego, ἀγελάζεσθαι, congregari, gregatim vivere.

Ἀγελαιοκομικός, ή, όν, ad pecorum curam pertinens. Ex ἀγέλη & κομέω, *curo*.

Ἀγελαῖος, αία, αῖον, armentalis, e grege. Gl. Vet. gregarius, gregalis. 2) congregabilis, socialis. 3) e trivio, vilis. 4) imperitus, rudis.

Ἀγελαιοτροφία, ἡ, pecuaria.

Ἀγελαιοτροφικός, ή, όν, pecuarius.

Ἀγελαιών, ῶνος, ὁ, locus armenti, locus, in quo pascuntur armenta.

Ἀγελαρχέω, ῶ, f. ήσω, præsum armento, vel gregi. Ex ἀγέλη & ἀρχή, *principatus*.

Ἀγελάρχης, ου, ὁ, armenti præfectus, armentarius, gregarius, Philox. 2) taurus, armenti dux. Ex iisd.

Ἀγέλαρχος, ου, ὁ, idem & ex iisdem.

Ἀγελαστέω, ῶ, f. ήσω, risu abstineo, non rideo. Ex α pr. & γελάω, *rideo*.

ἈΓΕΛΑΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, anguilla. Hesych.

Ἀγελαστί, *Adv.* sine risu, citra risum, jocum, serio. Ab ἀγέλαστος.

Ἀγελαστία, ας, ἡ, risus abstinentia. 2) vultus tetricus. A sq.

Ἀγέλαστος, ο, ὁ καὶ ἡ, risu non dignus. 2) risus expers, non ridens. 3) tetricus, severus.

Ἀγελεία, ας, ἡ, Epitheton Palladis, qs. dux populi, vel prædatrix, quæ prædam ducit, Gl. Vet. Ex ἄγω & λαός, vel ex ἄγω & λεία, *præda*, qs. prædatrix.

ἈΓΕ'ΛΗ, ης, ἡ, armentum, grex, *proprie* boum, *deinde etiam* equorum, luporum, avium, & ipsorum hominum &c.

Ἀγεληδόν, *Adv.* gregatim. 2) turmatim, catervatim.

Ἀγέληθεν, *Adv.* ex armento, e grege.

Ἀγελῆς, ῆδος, ἡ, congregabilis.

Ἀγελάτης, ου, ὁ, qui ex armento, vel grege est.

Ἀγελοκομικός, ή, όν, ad curam pecorum pertinens, valens &c. Ex ἀγέλη & κομέω, *curo*.

Ἀγέλως, ωτος, ὁ καὶ ἡ, non ridens, severus.

Ἀγενεαλόγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, sine genealogia, sine serie generis, vel cujus prosapia enarrari non potest. Ex α pr. & γενεαλογέω, *genus enarro*.

Ἀγένεια, ας, ἡ, ignobilitas. 2) vilitas. 3) animus ignobilis, non generosus. Ab ἀγενής.

Ἀγένειος, ου, ὁ καὶ ἡ, imberbis. Ex α priv. & γένειον, *barba*.

Ἀγενής, έος, ὁ καὶ ἡ, ignobilis, humili loco natus. 2) degener, ignavus, minime generosus. 3) abjectus, vilis, humilis, improbus. 4) qui est sine prole. Ex α privat. & γένος, *genus*.

Ἀγένητος, ο, ὁ καὶ ἡ, non generatus, non creatus. 2) non generans. 3) ignobilis. Ex α pr. & γενητός, *generatus*.

Ἀγενναῖκας, ὁ, generosus. Ex α intens. & γενναῖκας, *idem*.

Ἀγέννεια, ας, ἡ, ignobilitas generis. 2) ignavia, ἀνανδρία. Ab ἀγεννής.

Ἀγεννής, έος, ὁ καὶ ἡ, ignobilis, idem quod ἀγενής. Ex α pr. & γεννάω, *gigno*, *genero*.

Ἀγεννησία, ας, ἡ, sterilitas, orbitas. 2) ap. Scriptores Eccles. est character Dei Patris. Ex α pr. & γέννησις, *generatio*.

Ἀγέννητος, ο, ὁ καὶ ἡ, non genitus, non natus, non creatus. Ex α pr. & γεννάω, *genero*.

Ἀγεννία, ἡ, timiditas, ignavia.

Ἀγεννῶς, *Adv.* ignobiliter. 2) timide, ignaviter, parum viriliter.

Ἀγέραστος, ο, ὁ καὶ ἡ, præmio carens. Ex α pr. & γέρας, *munus*.

Ἀγερέθω, colligo, congrego. Vocabulum poeticum. Ab ἀγείρω.

Ἀγερμός, οῦ, ὁ, congregatio. Ab eod.

Ἄγερσις, εως, ἡ, collectio. Ab eod.

Ἀγερωχία, ας, ἡ, superbia, ferocia. Gl. Vet. arrogantia. 2) strenuitas. A sq.

ἈΓΕ'ΡΩΧΟΣ, ο, ὁ καὶ ἡ, superbus, ferox. Gl. Vet. protervus, insolens. 2) valde honoratus.

Ἀγερώχως, *Adv.* superbe, ferociter. A pr.

Ἀγεσίλαος, ο, ὁ, Epitheton Plutonis, qs. ductor populi, quoniam mortales omnes ad se ducit. Ab ἄγω & λαός, *populus*.

Ἀγεσίλεως, ο, ὁ, idem & ab eod.

Ἀγέστρατος, ο, ὁ, dux exercitus. Ab ἄγω & στρατός, *exercitus*.

Ἀγέτης, ου, ὁ, dux, ductor. Ab ἄγω, *duco*.

Ἀγέτειρα, ας, ἡ, dux. 2) obstetrix. Hesych. Ab ἀγέτης.

Ἀγευστία, ας, ἡ, jejunium, inedia. Ab ἄγευστος.

Ἄγευστος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui gustari non potest, vel gustatus non fuit. Gl. Vet. insipidus. 2) qui non gustavit. Gl. Vet. impastus, jejunus. Ex α priv. & γεύομαι, *gusto*.

Ἀγεωμέτρητος, ο, ὁ καὶ ἡ, Geometriæ ignarus. Ex α pr. & γεωμετρέω.

Ἀγεωργησία, ας, ἡ, agriculturæ neglectus, imperitia. Ex α pr. & γεωργέω, *agrum colo*.

Ἀγεώργητος, ου, ὁ καὶ ἡ, incultus, desertus. Ab iisd.

Ἄγη, ης, ἡ, admiratio cum stupore. 2) honor, veneratio. 3) gaudium. 4) diffidentia. 5) æmulatio. Ab ἀγάω.

Ἀγή, ῆς, ἡ, fractura, contusio. 2) fractio fluctus. 3) litus, ubi fluctus frangitur. 4) pernicies. Ab ἄγω, *frango*, *rumpo*.

ἈΓΗΛΑ'ΖΩ, servo, Hesych. Etymol.

Ἀγηλατέω, ῶ, f. ήσω, fugo, abigo, ut piaculum. Ab ἄγος, *piaculum*, & ἐλάω, *ago*, *pello*. 2) impello, ago.

Ἀγηλαπίζω, f. ίσω, persequor, fugo, abigo. Etymol.

Ἀγήλατος, ο, ὁ καὶ ἡ, valida manu impulsus. Plur. ἀγήλατοι, fulmina. Ex ἄγαν & ἐλαύνω, *impello*.

Ἄγημα, ατος, τό, agmen. 2) stupor, Gl. Vet. *ubi etiam*, vehementia. Ab ἄγω, vel ἄγη.

Ἀγηνορέω, ῶ, f. ήσω, superbio, insolesco. Ab ἀγήνωρ.

Ἀγηνορία, ας, ἡ, strenuitas. 2) audacia. 3) arrogantia. Ab eod.

Ἀγήνωρ, ορος, ὁ, admodum virilis, strenuus, fortissimus. 2) audax, præfidens. 3) superbus, arrogans. Ex ἄγαν & ἀνήρ, *vir*.

Ἀγήραος, ο, ὁ καὶ ἡ, senectutis expers. Gl. Vet. insenescibilis. 2) incorruptus. Ex α pr. & γῆρας, *senectus*.

Ἀγη-

Ἀγήρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iisdem.
Ἀγήρως, ω, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iisdem.
ἈΓΗ͂Σ, έος, ὁ καὶ ἡ, scelestus.
Ἀγήσανδρος, ου, ὁ, Epitheton Plutonis, qs. ducens homines, s. viros. Ab ἄγω & ἀνήρ, vir.
Ἀγησίλαος, ου, ὁ, idem quod Ἀγεσίλαος.
Ἀγησίχορος, ου, ὁ καὶ ἡ, ducens, vel moderans chorum. Ex ἄγω & χορός, chorus.
Ἀγητὸς, ή, όν, admirabilis. Ab ἀγάω, admiror.
Ἀγήτωρ, ductor. Ab ἄγω. s. ἀγήτωρ, Dor. pro ἡγήτωρ.
Ἁγιάζω, f. άσω, sanctifico, consecro. 2) veneror. 3) Deo sacrifico & sancte adoleo. Ab ἅγιος.
Ἁγίασμα, ατος, τὸ, sanctificatio, purificatio. 2) sanctimonia. 3) Templum Dei. Ab ἁγιάζω.
Ἁγιασμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eodem.
Ἁγιαστήριον, ου, τὸ, sanctuarium. Ab eodem.
Ἁγιασία, ας, ἡ, sanctitas, sanctimonia. Ab eod.
Ἁγίζω, f. ίσω, sanctifico, consecro. 2) adoleo, sancte uro. Ab ἄγος, veneratio, vel etiam pro ἁγιάζω.
Ἁγινέω, ῶ, f. ήσω, ago, duco. 2) congrego, colligo. Ab ἄγω.
Ἁγίνω, idem & ab eodem.
Ἁγιόγραφα, ων, τὰ, scripta sancta: pars ultima sacrorum librorum, Ebr. כתובים.
Ἁγιόγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, a divinis viris scriptus.
Ἅγιον, ου, τὸ, sanctuarium: pars templi Hierosolymitani solis sacerdotibus adeunda.
Ἁγιοπρεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, sanctis conveniens, sanctus. Ex ἅγιος & πρέπω, decet.
Ἁγιοπρεπῶς, *Adv.* convenienter sanctis, religiose, sancte.
Ἅγιος, ία, ιον, sanctus, sacer. 2) purus. 3) venerandus.
Ἁγιοσύνη, ης, ἡ, sanctitas, sanctimonia. Ab ἅγιος.
Ἁγιότης, ητος, ἡ, idem & ab eodem.
Ἁγιόω, ῶ, f. ώσω, sanctifico, sanctum reddo.
Ἁγιστεία, ας, ἡ, sanctimonia, puritas. 2) cultus Deorum, sacrorum peractio, sacrum, res divina, cærimoniæ. Ab ἁγιστεύω.
Ἁγιστεύω, f. εύσω, sanctifico. 2) veneror. 3) pietatem colo. 4) castimoniam servo. Ab ἅγιος.
Ἁγιστέω, ῶ, f. ήσω, idem & ab eodem.
Ἁγιστία, ας, ἡ, idem quod ἁγιστεία.
Ἁγίως, *Adv.* sancte.
Ἁγιωσύνη, ης, ἡ, aliis ἁγιοσύνη, quod vide.
Ἀγκάζω, f. άσω, ulnis amplector, ulnis attollo, in ulnas sumo. Ab ἀγκάς.
Ἄγκαθεν, pro ἀνέκαθεν quod vid.
ἈΓΚΑΙ', ῶν, αἱ, ulnæ.
Ἀγκάλη, ης, ἡ, ulna. Gl. Vet. gremium. Ab ἀγκαί.
Ἀγκαλὸς, pro ἀνακαλὸς, quod vid.
Ἀγκαλιδαγωγέω, ῶ, f. ήσω, manipulos, s. fasciculos veho. A sq.
Ἀγκαλιδαγωγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, qui manipulos, s. fasciculos navigio, aut jumento vehit. 2) bajulus. Ex ἀγκαλὶς & ἄγω, ago.
Ἀγκαλιδοφορέω, ῶ, f. ήσω, manipulos porto, fasciculos gesto. a sequ.
Ἀγκαλιδοφόρος, & ἀγκαλιδηφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui manipulos, s. fasciculos portat. 2) bajulus. Ex ἀγκαλὶς & φέρω.
Ἀγκαλίζω, usitatius ἀγκαλίζομαι, ulnis amplector, in ulnis gesto. Ab ἀγκάλη.
Ἀγκαλιστῶς, *Adv.* ulnis gestando vel complectendo. Ab eodem.
Ἀγκαλὶς, ίδος, ἡ, ulna. 2) manipulus, fasciculus, sc. quia ulnis gestatur. Ab ἀγκαλίζω.
Ἀγκάλισμα, ατος, τὸ, quod ulnis amplexamur, quod in ulnis gestamus, quantum complecti ulnis possumus.
Ἄγκαλος, ου, ὁ, fasciculus. Ab ἀγκάλη.
Ἀγκὰς, *Adv.* in ulnis. Ab ἀγκαί.
Ἀγκίον, ου, τὸ, vallis parva, vallicula. Dim. ab ἄγκος.
Ἀγκιστρεία, ας, ἡ, piscatio, quæ fit hamo. Ab ἄγκιστρον.
Ἀγκιστρευτὴς, οῦ, ὁ, piscator hamo utens. Ab ἀγκιστρεύω.
Ἀγκιστρευτικὸς, ή, όν, piscatorius, ad piscationem pertinens. Hinc ἡ ἀγκιστρευτικὴ, ῆς, sc. τέχνη, ars piscatoria. A sq.
Ἀγκιστρεύω, f. εύσω, inesco, allicio. Gl. Vet. uncino, hamo, adhamo. Ab ἄγκιστρον.
Ἀγκισρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, hamatilis. Gl. V. corrig. ἀγκιστρώδης. Ab eod.
Ἀγκιστροειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, hamatus, aduncus in hami modum. Ab ἄγκιστρον & εἶδος, forma.
ἈΓΚΙ'ΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, hamus. 2) uncus quilibet.
Ἄγκιστρος, ου, ὁ, idem.
Ἀγκιστροφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui hamum deglutit. 2) avarus. Ex ἄγκιστρον & φάγος, vorax.
Ἀγκιστρόω, ῶ, f. ώσω, capio hamo. ἀγκιστρωμένος, hamo captus, perf. pass. part. Ab ἄγκιστρον.
Ἀγκιστρώδης, v. ἀγκισρώδης.
Ἀγκιστρωτὸς, οῦ, ὁ, hamatus, hami formam habens. 2) hamis consertus. Ab ἀγκιστρόω.
ἈΓΚΛΑΕΥ'Ω, servo. Varin.
Ἄγκλιμα, ατος, τὸ, locus in nave, ad quem reclinatur gubernator. Ab ἀνακλίνω, reclino.
ἈΓΚΛΟ'Σ, ὁ, ὄν, obliquus, tortuosus. Hesych.
ἈΓΚΟΙ'ΝΗ, ης, ἡ, ulna, usitatius in plur.
Ἀγκονέω, ῶ, f. ήσω, studiose in opere versor, opus accelero. Ex ἀνὰ & κονέω, moveo.
Ἀγκονὶς, ίδος, ἡ, ministra, serva. Vet. Lex. A sq.
Ἄγκονος, ου, ὁ, minister, famulus. Hesych. Ab ἀγκονέω.
ἌΓΚΟΣ, εος, τὸ, vallis, convallis.
Ἀγκρεμάννυμι, suspendo. ἀγκρεμάσας, aor. 1. part. Dicitur pro ἀνακρεμάσας, qualia plura vide Part. II.
Ἀγκταλιάζω, f. άσω, suffoco, strangulo. Hesych. Ab ἄγχω, ango.
Ἀγκτὴρ, ῆρος, ὁ, id, quo constringimus aliquid, ut laqueus. 2) locus in collo, in quo fit suffocatio. Ab eod.
Ἀγκτηριάζω, f. άσω, anctere consthingo. A præc.
Ἀγκτηριασμὸς, οῦ, ὁ, constrictio per ancterem.
Ἀγκυλέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, jaculor. Ab ἀγκύλη.
ἈΓΚΥ'ΛΗ, ης, ἡ, jaculi genus. 2) amentum. 3) curvatura cubiti. 4) flexus poplitis. Philox. poples. 5) genus poculi. 6) adstrictio, vel contractio articuli. 7) vitium linguæ.
Ἀγκυλιδωτὸν, οῦ, τὸ, ansulatum, vel ansulam habens. A præc.
Ἀγκυλίζομαι, f. ίσομαι, jaculor. Ab ἀγκύλη.
Ἀγκύλιον, ου, τὸ, hamus, s. annulus catenæ. 2) genus scuti, ancile. 3) vitium linguæ. Ab eod.
Ἀγκυλιστὴς, οῦ, ὁ, jaculator. Ab ἀγκυλίζομαι.
Ἀγκυλοβλέφαρον, ου, τὸ, palpebrarum commissura. Ex ἀγκύλη & βλέφαρον, palpebra.
Ἀγκυλόγλωσσον, ου, τὸ, linguæ impedimentum. Ex ἀγκύλη, & γλῶσσα, lingua.
Ἀγκυλόγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, præpeditam habens linguam. Ex iisd.

Ἀγκυλοειδὴς, ὲς, cavus, depressus & simul tortuosus, *de locis, vallibus*.

Ἀγκυλόεις, εσσα, εν, pro ἀγκύλος poetice.

Ἀγκυλομήτης, ου, ὁ, & ἀγκυλόμητις, ιος, ὁ, ἡ, dolosis consiliis utens, versipellis, versutus. Gl. Vet. habens curva consilia. Ex ἀγκύλος & μῆτις, *consilium*.

Ἀγκυλόομαι, οῦμαι, f. ώσομαι, incurvo. 2) laboro ἀγκυλίῳ, morbo, s. vitio linguæ.

Ἀγκυλόπους, οδος, ὁ, curulis sella. Philox. Ex ἀγκύλος, & πούς, *pes*.

ἈΓΚΥ'ΛΟΣ, η, ον, curvus, aduncus, tortuosus.

Ἀγκυλοτόμον, ου, τὸ, instrumentum chirurgicum, quo ἀγκύλη, s. vitium linguæ tollitur. Ab ἀγκύλη, & τέμνω, *seco*.

Ἀγκυλότοξος, ου, ὁ καὶ ἡ, sagittarius. Ex ἀγκύλος & τόξον, *arcus*.

Ἀγκυλοχείλης, ου, ὁ, incurvum habens rostrum. Ex ἀγκύλος, & χεῖλος, *labrum*.

Ἀγκυλόχειλος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem. Gl. Vet. Ex iisd.

Ἀγκυλοχήλης, ου, ὁ, habens aduncas chelas, aduncos ungues. Ex ἀγκύλος & χηλή, *chela*.

Ἀγκυλόω, ῶ, f. ώσω, curvo, tortuosum reddo. ἠγκυλωμένος, curvatus, recurvus, perf. part. pass.

Ἀγκύλλω, curvo, retro flecto. Ὀπισθότονος δὲ κατ' ὄπιν ἀγκύλλει τὸν ἄνθρωπον, Aret. 1, 6.

Ἀγκύλως, *Adv.* adunce, tortuose.

Ἀγκύλωσις, εως, ἡ, incurvatio, recurvatio. 2) morbus quidam articularis. Ab ἀγκυλόω.

Ἀγκυλωτὸς, ή, όν, incurvus. Ab eod.

ἈΓΚΥ'ΡΑ, ας, ἡ, ancora. 2) præsidium, columen. 3) uncus. 4) membrum genitale.

Ἀγκυρίζω, f. ίσω, supplanto. Ab ἄγκυρα.

Ἀγκύριον, ου, τὸ, ancora parva. Dim. ab eod.

Ἀγκύρισμα, τος, τὸ, supplantatio, genus artificii in lucta. 2) instrumentum, quo ficus decerpuntur. Ab ἀγκυρίζω.

Ἀγκυροβολέω, ancoram jacio. 2) infero ita, ut tenaciter hæreat. Unde

Ἀγκυροβόλιον, ου, τὸ, ancora, s. instrumentum ad jaciendam ancoram. Ex ἄγκυρα & βολέω, *jacio*.

Ἀγκυροειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ancoræ formam habens. Ex ἄγκυρα & εἶδος, *forma*.

Ἀγκυρομήλη, ης, ἡ, hamus, s. uncus. Ex ἄγκυρα & μήλη, quod vide.

Ἀγκυρουχία, ας, ἡ, ancoræ retentio. Ex ἄγκυρα & ἔχω, *habeo, retineo*.

Ἀγκυρόω, ῶ, f. ώσω, ancora firmo. Ab ἄγκυρα.

Ἀγκυρωτὸς, ή, όν, ancoris firmatus, fundatus. Ab ἀγκυρόω.

ἈΓΚΩ'Ν, ῶνος, ὁ, cubitus, flexus brachii. 2) quælibet curvatura. 3) cornu citharæ.

Ἀγκωνίζομαι, sinuo me, sinuor. Ab ἀγκών.

Ἀγκωνίσκος, ου, ὁ, parvus cubitus. 2) catenatio, commissura. 3) instrumentum torturæ & carnificinæ. Dim. ab eod.

Ἀγκωνοδέσμιος, ου, ὁ, cubital. Gl. Vet. Ex ἀγκών & δεσμὸς, *vinculum*.

Ἀγλαέθειρος, ου, ὁ καὶ ἡ, nitidam, pulcram comam habens. Ex ἀγλαὸς & ἔθειρα, *coma*.

Ἀγλαΐα, ας, ἡ, splendor, nitor. 2) pulcritudo. 3) ornatus, decus. 4) voluptas, lætitia. 5) una ex tribus Gratiis. Ab ἀγλαός.

Ἀγλαΐζω, f. ίσω, illustro, splendidum reddo. 2) decoro, orno. Inde ἀγλαΐζομαι, illustror. 3) splendeo, splendesco, niteo. 4) gaudeo. Ab eod.

Ἀγλάϊσμα, τος, τὸ, ornamentum. A pr.

Ἀγλαϊσμὸς, οῦ, ὁ, ornatus, splendor. Ab eod.

Ἀγλαϊστὸς, ή, όν, optabilis, pretiosus. Ab eod.

Ἀγλαόγυιος, ου, ὁ καὶ ἡ, pulcra membra habens. 2) pulcra membra faciens. Ex ἀγλαὸς & γυῖον, *membrum*.

Ἀγλαόδενδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui pulcras fert arbores. Ex ἀγλαὸς & δένδρον, *arbor*.

Ἀγλαοθαλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, tener. Ex ἀγλαὸς & τέθηλα, a θάλλω, *vireo*.

Ἀγλαόθρονος, ου, ὁ καὶ ἡ, splendida sede residens. Ex ἀγλαὸς & θρόνος.

Ἀγλαόθωκος, ου, ὁ καὶ ἡ, pulcram sedem, vel splendidum solium habens. Ex ἀγλαὸς & θῶκος, *sedile*.

Ἀγλαόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, pulcros ferens fructus.

Ἀγλαόκοιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, splendidum lectum habens. 2) valde honoratus.

Ἀγλαόκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, pulcros habens pueros.

Ἀγλαόκωμος, ου, ὁ καὶ ἡ, epitheton *vocis*, s. *cantus* apud Pindarum; oblectans convivium vel ornans. Ex ἀγλαὸς & κῶμος.

Ἀγλαομήτης, ου, ὁ, consilio clarus, prudentia insignis. Ex ἀγλαὸς & μῆτις, *consilium*.

Ἀγλαομητία, ας, ἡ, præclarum & illustre consilium, magnus Senatus. *Vox suspecta* Hes. Ex iisdem.

Ἀγλαόμητις, ιος, ὁ, ἡ, idem quod ἀγλαομήτης.

Ἀγλαόμορφος, ου, ὁ καὶ ἡ, insignis forma, formosus.

Ἀγλαόπαις, αιδος, ὁ καὶ ἡ, pulcros pueros, aut liberos habens. Ex ἀγλαὸς & παῖς, *puer*.

Ἀγλαόπιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, præclare fidelis. Ex ἀγλαὸς & πιστὸς, *fidelis*.

ἈΓΛΑΟ'Σ, ὴ, ὸν, splendidus, clarus, fulgens, limpidus, illustris, insignis.

Ἀγλαότιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, valde honoratus.

Ἀγλαοτρίαινος, Dor. ἀγλαοτριαίνας, ὁ, tridente incIytus, Pind. de Neptuno.

Ἀγλαόφημος, ὁ & ἡ, clarus, celeberrimus.

Ἀγλαόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, præclaram vocem habens.

ἈΓΛΑΣΙΝΟ'Σ, ή, όν, pulcher, venustus, formosus. Hesych.

Ἀγλαώρος, ου, ὁ καὶ ἡ, de loco, ubi gratæ auræ flant. Ex ἀγλαὸς & αὔρα, *aura*.

Ἀγλάφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, inelegans, invenustus. Ex α pr. & γλαφυρὸς, *elegans*.

Ἀγλαφύρως, *Adv.* inelegenter, invenuste. A pr.

Ἀγλαῶπις, ιδος, ἡ, pulcros habens oculos. Ex ἀγλαὸς & ὤψ, *oculus*.

Ἀγλαῶς, splendide, liberaliter. Ab eod.

Ἀγλαώψ, ωπος, ὁ καὶ ἡ, adspectu splendidus, pulcros oculos habens. Ex eod. & ὤψ.

Ἀγλευκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, minime dulcis, insuavis, insipidus. Ex α pr. & γλεῦκος, *mustum*.

Ἀγλευκος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iisdem.

Ἀγληνος, ου, ὁ καὶ ἡ, pupillas non habens, cæcus. Ex α pr. & γλήνη, *pupilla oculi*.

Ἀγλίθια, ων, τὰ, spicarum divisiones in allio. Ab ἀγλίθιον.

ἈΓΛΙ'ΔΙΟΝ, ου, τὸ, allium.

ἈΓΛΙ'Η, ης, ἡ, subalba cicatrix in oculis. Hippocr.

Ἀγλῖθες, ων, αἱ, alliorum capita, s. nuclei. Ab ἀγλίδιον.

Ἀγλισχρος, ου, ὁ καὶ ἡ, non lentus, non viscosus. Ex α pr. & γλίσχρος, *lentus, viscosus*.

Ἀγλυκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, amarus, expers dulcedinis. Ex α pr. & γλυκὺς, *dulcis*.

Ἀγλυ-

Ἀγλύομαι, lædor, offendor. Hesych.

Ἄγλυφος, ου, ὁ καὶ ἡ, non cælatus, non scalptus. Ex α pr. & γλύφω, *scalpo*, *cælo*.

Ἀγλωσσέω, ῶ, f. ήσω, idem quod δυσφημέω. Hesych. *obscœna*, inauspicata loquor.

Ἀγλωσσία, vel ἀγλωττία, ας, ἡ, inscitia loquendi, taciturnitas.

Ἄγλωσσος, vel ἄγλωττος, ου, ὁ καὶ ἡ, linguam non habens, elinguis. 2) qui loqui non potest, qui obmutuit. 3) dicendi imperitus. 4) barbarus. Ex α pr. & γλῶσσα, *lingua*.

Ἄγμα, τος, τὸ, fragmentum. Ab ἄγω, *frango*.

ἈΓΜΕΙΌΝΕΣ, ων, οἱ, bubones, s. tumores in inguinibus. Hesych.

ἈΓΜΗ', ῆς, ἡ, focus. Hesych.

ἈΓΜΗΡΌΣ, ρὰ, ρὸν, quietus. Hesych.

Ἀγμίζω, f. ίσω, frango, concutio. Ab ἄγνυμι.

Ἀγμὸς, οῦ, ὁ, fractio. 2) locus præceps ac præruptus. 3) litus. Ab ἄγω, *frango*.

Ἄγναῖος, αία, αῖον, purus, castus. Hesych. Ab ἁγνός.

Ἀγναμπτοπόλεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, invicti roboris, bello insuperabilis, ex Hesych.

Ἄγναμπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui flecti nequit, durus, inexorabilis. Ex α pr. & γναμπτὸς, *flexus*.

Ἄγναπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, a fullone nondum purgatus, impexus. Ex α pr. & γνάπτω, *purgo fullonum more*.

Ἄγναφος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem. Philox. rudis. Ex iisd.

Ἁγνεία, ας, ἡ, castitas, pudicitia, castimonia, puritas. 2) expiatio, lustratio. Ab ἁγνεύω.

Ἅγνευμα, τος, τὸ, idem & ab eodem.

Ἁγνευτήριον, ου, τὸ, locus, in quo fit expiatio. 2) monasterium. 3) sacrarium, Gl. Vet. Ab eod.

Ἁγνευτικὸς, ἡ, ὸν, castitatem servans, non proclivis in Venerem. ἁγνευτικὸν, piaculare, Gl. Vet. Ab eod.

Ἁγνεύτρια, ας, ἡ, piatrix, Gl. Vet. Ab eod.

Ἁγνεύω, f. εύσω, castus sum, abstineo a Venere. 2) purus sum ab aliqua re. 3) purum reddo, expio. Ab ἁγνός.

Ἁγνὶς, ίδος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἁγνός.

Ἁγνίζω, f. ίσω, purifico, lustro, expio. 2) adoleo. 3) corrumpo. Ab ἁγνός.

Ἅγνισμα, τος, τὸ, purificatio, lustratio, expiatio. Philox. ἁγνίσματα, piacula. 2) combustio in sacris. Ab ἁγνίζω.

Ἁγνισμὸς, οῦ, τὸ, locus, ubi fit expiatio, s. lustratio. Ab eod.

Ἁγνιστὴς, οῦ, ὁ, purificus, Gl. Vet. Ab eod.

Ἁγνιστικὸς, ἡ, ὸν, expiandi vim habens. Ab eod.

Ἁγνίτης, ου, ὁ, expiatus a scelere. 2) qui alium expiat. Ab eodem.

Ἀγνοέω, ῶ, f. ήσω, ignoro, non intelligo. Ex α pr. & νοέω, *intelligo*. 2) pecco, erro.

Ἀγνόημα, τος, τὸ, ignoratio. 2) peccatum per ignorantiam commissum, erratum. A pr.

Ἀγνοητέον, ignorandum. Ab eod.

Ἄγνοια, ας, ἡ, ignorantia, inscitia, imperitia, imprudentia, error, peccatum. Ab eod.

Ἀγνοιέω, pro ἀγνοέω, metri causa.

Ἁγνοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, purificans, purum reddens.

Ἁγνόπολος, ου, ὁ καὶ ἡ, purus. Ex ἁγνὸς & πολέω, *versor*.

Ἁγνόῤῥυτος, pure fluens, pro ἁγνοῤῥόος.

ἉΓΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, castus, pudicus, purus, nullo scelere pollutus.

Tom. I.

ἌΓΝΟΣ, ου, ἡ, vitex, salix amerina. 2) pisci quidam.

Ἁγνοτελὴς, ὸς, purus, castus. Ab ἁγνὸς & τέλος, *res suas sancte peragens*.

Ἁγνότης, ητος, ἡ, castitas, puritas, sanctitas.

ἈΓΝΥΘΕΣ, ων, lapides, quos stamini inter texendum appendunt textores.

Ἄγνυμι, s. ἀγνύω, f. ἄξω, aor. 1. ἦξα, aor. 2. pass. ἐάγην, frango. Ab ἄγω.

Ἀγνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, q. d. viticeus. Ab ἄγνος.

Ἀγνωμονέω, ῶ, f. ήσω, ignoranter & imperite ago. 2) inique & improbe ago. 3) ingrate me gero. Gl. Vet. ἀγνωμονῶ, tergiversor, fidem rumpo. ἀγνωμονεῖ, inficiatur, Gl. Vet. Ab ἀγνώμων.

Ἀγνωμοσύνη, idem ap. Plut. (si vera lectio).

Ἀγνωμόνως, *Adv.* stulte. 2) ingrate. Ab eodem.

Ἀγνώμων, ου, ὁ καὶ ἡ, stultus, imperitus. 2) malignus. 3) ingratus. Ex α pr. & γνώμη, *sententia*.

Ἀγνωμοσύνη, ης, ἡ, mens consilii expers. 2) stoliditas. 3) improbitas. 4) inficiatio debiti. Philox. perfidia, fraus, fraudatio. A sq.

Καταμεγαλοφρονέω, magno animo contemno.
Καταμεθύω, f. ύσω, inebrio.
Καταμειδιάω, ῶ, derideo, ludibrio habeo.
Καταμειλίσσω, -ίττω, f. ξω, demulceo, delinio.
Καταμελετάω, ῶ, meditor, exerceo.
Καταμελέω, ῶ, negligo, nullam curam gero, contemno. aor. 1. pass. καταμεληθεῖσα, contemta. perf. pass. καταμεμελημένος, neglectus. *Adv.* καταμελημένως, neglectim, contemtim. E κ. & ἀμελέω, *negligo*.
Καταμελιτόω, ῶ, melle inficio, suave reddo.
Καταμέλλω, cunctor, procrastino.
Καταμεμπτός, ον, vituperandus.
Καταμέμφομαι, f. ψομαι, idem quod simplex.
Κατάμεμψις, εως, ἡ, idem quod μέμψις.
Καταμένω, f. ενῶ, remaneo, commoror, subsideo.
Καταμέργω, comprimo, de oleis, ut ἀμέργω.
Καταμερίζω, f. ίσω, in partes disseco, vel partior. 2) distribuo, dispenso.
Καταμερὶς, ίδος, ἡ, fragmentum, portio.

Καταμέρος, *Adv.* membratim, sigillatim.
Καταμετρέω, ῶ, f. ήσω, dimetior, metior.
Καταμέτρησις, εως, ἡ, dimensio, mensurae & spatii descriptio.
Καταμήκης, εος, ὁ, ἡ, perlongus. A μῆκος.
Καταμηλόω, ῶ, f. ώσω, specillum immitto, specillo, seu spathula agito, exploro.
Καταμήνιος, ου, ὁ, ἡ, menstruus. καταμήνια, τὰ, menstrua muliebria. A μὴν, *mensis*.
Καταμηνιώδης, εος, ὁ, ἡ, menstruus. Ab eod.
Καταμήνυσις, εως, ἡ, indicium, proditio, delatio. Ab seq.
Καταμηνύω, f. ύσω, indico, defero, prodo, enuncio.
Καταμιαίνω, polluo.
Καταμίγνυμι, vel καταμιγνύω, immisceo, permisceo.
Κατάμιξις, εως, ἡ, commixtio, permistio.
Καταμικρὸν, *Adv.* sensim, paullatim. 2) divisim, minutim.
Καταμίσγω & καταμίσγομαι, admisceo.
Καταμισθοδοτέω, ῶ, f. ήσω, largitione consequor.
Καταμισθοφορέω, ῶ, f. ήσω, in stipendia militum exhaurio.
Καταμιστυλλάω, f. άσω, idem quod simplex.
Καταμολίσκω, descendo, devenio. A μόλω, *venio*.
Κατάμομφος, ον, vituperabilis. 2) infaustus, infelix. A μομφή.
Καταμόνας, *Adv.* solum. 2) seorsum, privatim. A μόνος.
Καταμονὴ, ῆς, ἡ, statio, remansio. Gloss. Vet.
Καταμονομαχέω, ῶ, singulari certamine vinco.
Κατάμονος, ου, ὁ, ἡ, permanens, perdurans. A καταμένω.
Καταμόσχευσις, propagatio. Gl. Vet. qs. a καταμοσχεύω, *propago*.
Καταμουσόω, ῶ, numeris & modis exorno & venustius reddo.
Κατάμπελος, ου, ὁ, ἡ, vitibus consitus, abundans.
Καταμπέχω, cooperio.
Καταμπίσχω, idem.
Καταμυθολογέω σε, fabulas tibi narro, seu fabularum narrationibus te occupo aut oblecto, Philostr.
Καταμυρίζω, f. ίσω, unguentis perfundo.
Κατάμυσις, εως, ἡ, actio connivendi, conniventia.
Καταμύσσω, vel καταμύττω, f. ξω, lacero, perstringo. καταμύξατο, aor. 1. med. perstrinxit. aor. 1. pass. καταμυχθεὶς, sauciatus, saucius. E κατὰ & ἀμύσσω, *lacero*.
Καταμυττωτεύω, ῶ, f. εύσω, allium contundo, facio intritum alliatum. Aristoph. καταμεμυττωτευμένος, perf. pass. contrita penitus, ut allia in mortarium conjecta, sive ut alliatum, quod in mortario contunditur. v. μυττωτός.
Καταμύω, f. ύσω, conniveo, oculos claudo. 2) morior. A μύω.
Καταμφιέννυμι, f. έσω, vestio. 2) obduco, v. c. auro, inauro.
Καταμωκάομαι, ῶμαι, derideo, deludo.
Καταμώκησις, εως, ἡ, irrisio, illusio. A praec.
Καταμωλύνω, seorsim sedo, lenio. (Sed f. καταμβλύνω leg.)
Καταμωμάομαι, irrideo, vitupero.
Καταναγκάζω, f. άσω, cogo, adigo. 2) vexo.
Κατανάγκη, ης, ἡ, violentior amoris illecebra. 2) catanance, herba quaedam ad amorem alliciendi vim habens.

Κατανάθεμα, ατος, τὸ, maledictum, devotio.
Καταναθεματίζω, f. ίσω, diris devoveo. A pr.
Καταναιδεύομαι, *cum genit.* impudenter tracto aliquem f. loquor contra aliquem. Eust.
Καταναισιμόω, ῶ, insumo, impendo, ut ἀναισιμόω.
Καταναισχυντέω, ῶ, f. ήσω, impudenter me erga aliquem gero.
Καταναλίσκω, f. λώσω, idem quod ἀναλίσκω. κατηνάλωτο, consumsit, aor. 1. κατηναλωμένον, consumtum, perf. pass.
Καταναρκάω, ῶ, f. ήσω, torpefacio. 2) obtorpeo.
Καταναυμαχέω, ῶ, f. ήσω, navali prælio oppugno. 2) navali prælio supero.
Καταναίω, habitatum colloco. Hinc aor. 1. apud poet. κατένασσε, collocavit, habitare jussit. A ναίω, idem.
Κατανδρίζομαι, f. ίσομαι, subigo, vinco.
Κατανδρώτομαι, idem. Hes.
Κατανδρολογία, ας, ἡ, collectio viritim facta. E κατ' ἄνδρα & λέγω, *seligo*.
Κατανεανιεύομαι, f. εύσομαι, juveniliter ago, ut jactando. 2) juvenili robore prævaleo, fortiter supero.
Κατανείσσομαι, vel κατανίσσομαι, descendo. 2) redeo.
Κατανεμέσησις, εως, ἡ, indignatio. A νεμεσάω.
Κατανέμω, distribuo, dispertior. κατανέμομαι, incolo, possideo, fruor. κατανειμάμενοι, aor. 1. med. pass. part. κατανεμηθέντες, distributi. Est etiam depasco. κατανενεμημένος, perf. pass. depastus.
Κατανέομαι, sive κατανίσσομαι, descendo. κατανεόμενος, descendens, Nonnus. 2) redeo.
Κατανευστός, οῦ, quod concedi, annui, f. nutu perfici potest. A seq.
Κατάνευσις, εως, ἡ, nutus, confirmatio per nutum. A seq.
Κατανεύω, f. εύσω, adnuo, nutu aliquid confirmo. 2) innuo, nutu significo.
Κατανεφόω, caligine obduco, obscuro.
Κατανῆσαι, aggerare, extruere, Herodot. A νήσω, quod est a νέω, *cumulo*.
Κατανήχομαι, natando deferor.
Κατανθρακόω, ῶ, f. ώσω, in carbones verto seu redigo. κατηνθρακωμένος, perf. pass. in carbones versus.
Κατανθρακίζω, f. ίσω, idem. 2) carbone inficio, v. c. os. Anthol.
Κατανίζω, diffundo, transfundo. Vet. Lex. perluo.
Κατάνιμμα, τὸ, perfusio, lotio. A κατανίπτω.
Κατανίπτης, ου, ὁ, qui Athenis peplum Minervæ infra sordidatum eluebat. A seq.
Κατανίπτω, f. ψω, idem quod κατανίζω.
Κατάνισμα, idem quod κατάνιμμα. A κατανίζω.
Κατανίσσομαι, idem quod κατανείσσομαι.
Κατανίσταμαι, consurgo contra aliquem, insurgo repugnaturus.
Κατανίφω, f. ψω, ningo. 2) nive obruo.
Κατανοέω, ῶ, f. ήσω, specto, contemplor. 2) considero. 3) animadverto, intelligo, perspicio. 4) disco.
Κατανόημα, ατος, τὸ, quod ab aliquo animadversum seu perspectum est, commentum, inventum, remedium excogitatum. A pr.
Κατανόησις, εως, ἡ, contemplatio, animadversio, cognitio. 2) diligens & attenta consideratio. 3) documentum. Ab eod.
Κατανοητικός, ή, όν, perspicax. Ab eod.
Κατάνομαι, absumor. Ab ἄνομαι, *idem*.
Κατανομιστεύω, f. εύσω, in nummos conflo, vel in nummos cudendos insumo, ap. Jos.

Κατανομοθετέω, ῶ, legem oppono, legi obrogo. E Plat.
Κατανοσφίζομαι, surripio, depeculor.
Κατανουθετέω, ῶ, commoneo, monitis instituo & moderor.
Κάταντα, *Adv.* deorsum. τὰ κάταντα, declivia. E κ. & ἄντα.
Καταντάω, ῶ, f. ήσω, devenio, pervenio. 2) pervenire facio, transfero.
Κατάντημα, ατος, τὸ, occursus. 2) finis, terminus. 3) fastigium ædificii. A pr.
Καταντής, έος, ὁ, ἡ, declivis, proclivis, deorsum vergens. Ab eod.
Καταντία, ἡ, declivitas. A pr.
Καταντιβολέω, ῶ, f. ήσω, precor.
Καταντικρύ, *Adv.* ex adverso, e regione, ex opposito. τὸ καταντικρύ, contrarium, oppositum.
Καταντίον, *Adv.* idem.
Καταντιπέρας, *Adv.* idem.
Καταντλέω, ῶ, f. ήσω, hausta aqua perfundo, & proprie quidem cum magna abundantia. Philoxenus καταντλῶ, fomento. Ap. medicos est fomenta adhibere liquida. Oratores denique dicuntur καταντλεῖν, cum suavitate orationis capere tentant auditores & permulcere, aut multitudine verborum argumentorumve obruere.
Κατάντλημα, ατος, τὸ, fomentum, quod cum infusione fit. A pr.
Κατάντλησις, εως, ἡ, infusio aquæ vel alius liquoris, potissimum fovendi gratia. Ab eod.
Κάταντλος, ου, ὁ, ἡ, abundans, circumfluens, obrutus. Ab ἄντλος, *sentina*.
Κατανυκτικός, ή, όν, acerbus, mordax. A κατανύσσω.
Κατάνυξις, εως, ἡ, compunctio. 2) dolor animi. 3) veternus profundus, sine omni sensu sopor, stupor, ἡ ἀ. (Sed hoc sensu potius κατανύσταξις sit leg. v. κατανυστάζω.) Ab eod.
Κατανύσσω, vel κατανύττω, f. ξω, pungendo penetro, compungo. Pass. ἡ ἀ. quiesco, sileo, aor. 2. pass. κατενύγην. 3. pl. κατενύγησαν.
Κατανυστάζω, f. άσω, dormio capite dejecto & nutante. 2) obdormisco. 3) aliquantum dormio.
Κατανύω, f. ύσω, conficio, perago. 2) pervenio.
Κατανωτιαῖος, αία, αῖον, qui a tergo est.
Κατανωτίζομαι, dorso fero, sublatum bajulo.
Καταξαίνω, carpo, carmino. 2) lacero. 3) excorio. 4) cædo. 5) contero, attero. ἡ ἀ. F. 1. καταξανῶ, εῖς. aor. 1. Partic. καταξήνας. Pass. καταξανθείς.
Καταξενόω, f. ώσω, hospitio excipio.
Καταξέω, f. έσω, edolo, derado, deradendo & scalpendo polio. aor. 1. pass. κατεξέσθην. subj. 3. sing. καταξεσθῇ.
Καταξηραίνω, sicco, exsicco.
Κατάξηρος, ου, ὁ, ἡ, siccus, aridus.
Καταξιοπιστεύομαι, fidem facio, fide dignus judicor.
Καταξιόω, ῶ, f. ώσω, dignum judico, dignor. 2) rogo, imploro. 3) in honore habeo. Pass. καταξιοῦμαι, dignus judicor. aor. 1. κατηξιώθην. inf. καταξιωθῆναι.
Καταξίως, *Adv.* digne, pro dignitate, merito.
Καταξίωσις, εως, ἡ, dignitas. 2) reverentia, admiratio alicujus rei.
Καταξυρέω, rado, derado.
Καταξυσμὸς, οῦ, ὁ, sculptura. A seq.
Καταξύω, f. ύσω, derado, abrado. 2) litura obduco, oblitero. 3) incido, scariso.

Κα-

Καταπαίζω, fut. αίξω, vel αίσω, deludo, illudo, ludibrio habeo. aor. 1. part. pass. καταπαιχθείς, elusus.

Καταπαίω, f. αίσω, percutio, flagello, ferio.

Καταπακτός, ή, όν, compactus. A πακτός.

Καταπαλαίω, f. αίσω, eluctor, lucta vinco. 2) vinco. aor. 1. part. pass. καταπαλαισθείς.

Καταπαννυχίζομαι, pernocto.

Καταπανουργέω, f. ήσω, malitiose ago contra, dolis utor adversus.

Κατάπασμα, ατος, τὸ, id, quo corpus conspergitur. A sq.

Καταπάσσω, -ττω, f. άσω, conspergo.

Κατάπαστος, ο, ό, ή, conspersus. 2) variegatus, pictus, de veste, tela. A pr.

Καταπατέω, ῶ, f. ήσω, conculco, proculco.

Καταπάτημα, ατος, τὸ, quod conculcatur.

Καταπάτησις, εως, ή, conculcatio.

Κατάπαυμα, ατος, τὸ, requies. 2) finis.

Καταπαύσιμος, ο, ό, ή, requiem adferens.

Κατάπαυσις, εως, ή, requies, quies. 2) sedatio. 3) dejectio de honore.

Καταπαυστικός, ή, όν, vim leniendi, sedandi habens. A sq.

Καταπαύω, fut. αύσω, efficio ut quis vel quid cesset, desinat, desistat, coerceo, compesco, reprimo. 2) finio, termino, finem impono. 3) requiesco, cesso, in pr. in pass. καταπαυθήσεται, sedabitur, f. 1. pass.

Καταπειθής, έος, ό, ή, obsequens, moriger. A seq.

Καταπείθω, f. πείσω, persuadeo, adduco, induco. *Pass.* obedio, morem gero.

Καταπειλέω, ῶ, fut. ήσω, interminor. E κ. & ἀπειλ.

Καταπείνος, ο, ό, ὁ, fame confectus. A πεῖνα.

Κατάπειρα, ας, ή, tentamen, experimentum.

Καταπειράζω, -άω, fut. άσω, periculum & experimentum facio, attento; tento. 2) lacesso.

Καταπειρασμός, ό, ό, tentatio, qua fit alicujus rei periculum; experientia. A pr.

Καταπειρατήρ, ῆρος, ό, instrumentum, quo nautæ maris altitudinem explorant. A καταπειράω.

Καταπειρατηρία, ας, ή, *Jon.* pro καταπειρατηρία, sc. σχοῖνος, aut μολυβδίς, idem. A pr.

Καταπείρω, fut. ρῶ, transadigo, transfigo, configo. καταπεπαρμένος, perf. pass. confixus.

Καταπελματόω, ῶ, fut. ώσω, munio novis soleis, reficio calceum lacerum. καταπεπελματωμένα σανδάλια, calcei sordidi, obsoleti, refecti.

Καταπελτάζω, catapultis impugno. 2) invado vel incursio more peltatorum militum. F. 1. καταπελτάσαντας, peltati incursabunt. A καταπέλτης.

Καταπελταφέτης, ο, ό, qui telum catapulta excutit. E sq. & ἀφίημι, *emitto*.

Καταπέλτης, ο, ό, catapulta, machina bellica. 2) supplicii genus. A πέλτη.

Καταπελτικός, ή, όν, catapultarius. τὰ καταπελτικά, catapultæ. A pr.

Καταπέλτιο, in edd. quibusdam τῷ ό, pro καταπελματόω.

Καταπέμπω, f. ψω, demitto. 2) mitto.

Καταπεπαίνω, commitigo, Gl. Vet. de fructibus, eibis &c.

Καταπενθέω, ῶ, f. ήσω, defleo, deploro.

Καταπέσσω, f. ψω, percoquo, concoquo.

Καταπεπυκασμένως, *Adv.* solerter, callide, fraudulenter. A πυκάζω.

Καταπεραιόω, traduco, trajicio. Eust.

Καταπεραίωσις, ή, transitus, Eust.

Καταπέρδω, oppedo, crepitum ventris contra emitto, contemtim & insolenter illudo. a. 2. καταπαρδεῖν, oppedere.

Καταπερίειμι, superior sum, supero.

Καταπερόνησις, ή, scarifatio, laceratio.

Καταπερονάω, ῶ, infibulo, velut fibula defigo.

Καταπερπερεύομαι, ut ἀπαπερπ. vendito me alicui, gratiam capto laudando, assentando. Suid.

Καταπετάζω, f. άσω, expando, explico, extendo. 2) obtego, cooperio.

Καταπετάννυμι, vel καταπεταννύω, idem.

Καταπετάομαι, ῶμαι, vel καταπέτομαι, devolo, volando descendo.

Καταπέτασμα, ατος, τὸ, aulæum, quod rei alicui obtenditur. A καταπετάζω.

Καταπετροκοπέω, lapidibus jaciendis frango. E κατὰ, πέτρος, & κόπτω.

Καταπετρόω, ῶ, f. ώσω, de saxo præcipito. 2) lapidibus obruo, lapido. A πέτρος.

Καταπέττω, Att. pro καταπέσσω, idem quod καταπέπτω.

Καταπέφνω, occido. A πέφνω pro φένω.

Καταπεφρονημένως, *Adv.* contemtim. A καταφρονέω.

Καταπήγνυμι, vel καταπηγνύω, defigo, depango. 2) gelu constringo, congelo, conglacio.

Καταπηδάω, ῶ, f. ήσω, desilio, insilio.

Καταπημαίνω, fut. ανῶ, noceo, damnum adfero. unde aor. 1. opt. καταπημήνειε, noceat, lædat.

Κατάπηξ, ῆγος, ό, sublica, palus, qui in terram defigitur. A καταπήγνυμι.

Κατάπηρος, ο, læsus, mutilatus, ut simplex πηρός.

Καταπήσσω, -ττω, f. ξω, defigo.

Καταπιαίνω, f. ανῶ, pinguefacio.

Καταπιέζω, f. έσω, comprimo, presso. 2) deprimo, opprimo.

Κατάπιεσις, εως, ή, depressio, oppressio, compressio. A pr.

Καταπικρος, ο, ό, ή, amarus.

Καταπίμελος, ο, ό, ή, pinguis, obesus. A πιμελή.

Καταπιμπλάω, καταπίμπλημι, καταπίπλημι, repleo, oppleo, compleo. F. καταπλήσω. aor. 1. κατέπλησα. Pass. καταπίμπλαμαι, oppleor.

Καταπιμπράω, vel καταπίμπρημι, f. ήσω, incendo, inflammo, comburo.

Καταπίνω, absorbeo, bibo. 2) deglutio, devoro. Fut. 2. καταπίομαι. καταπίονται, devorabunt. Pass. Fut. 1. καταποθήσομαι, καταποθήσεται, devorabitur. aor. 1. Pass. καταποθῆναι. aor. 2. act. κατέπιον. Conj. ἐὰν καταπίω.

Καταπίπλημι, vide καταπιμπλάω.

Καταπιπράσκω, vendo, venundo.

Καταπίπτω, prolabor, procumbo, decido, delabor. a. 2. κατέπεσον, καταπεσών, prolapsus. Perf. inf. καταπεπτωκέναι, decidisse.

Καταπισσόω, vel καταπιττόω, ῶ, f. ώσω, pico, pice illino, pice incrusto.

Καταπιστεύω, fut. εύσω, credo, fidei alicujus committo.

Καταπιστόω, ῶ, fut. ώσω, fidem exigo, obstringo, ut simplex. καταπιστωσάμενος, fidem facio, firmo, præsto.

Καταπίστωσις, εως, ή, fiduciæ & securitatis contractus. A pr.

Καταπίττωσις, ή, picatio, obductio picis.

Καταπίων, ονος, ό, ή, pinguis, obesus. Suid.

Καταπλαγείς, έντος, ό, ή, metu consternatus. A καταπλήσσω.

Κατάπλασμα, ατος, τὸ, medicamentum, quod illinitur, vel imponitur, emplastrum. A seq.

Καταπλάσσω, vel -άττω, fut. άσω, illino, oblino. 2) cataplasma impono, cataplasmate curo.

Καταπλαστὸς, ὴ, ὸν, illitus. 2) confictus. A pr.

Καταπλαστρὸς, ῦ, ὁ, emplastrum. Ab eod.

Καταπλέκω, f. ξω, complico, necto.

Καταπλησμονέω, idem quod πλησμονέω.

Κατάπλεος, & Att. κατάπλεως, plenus, expletus.

Καταπλέω, navi devehor ad terram, appello in portum, devehor.

Καταπληγμὸς, ῦ, ὁ, objurgatio, insultatio. A καταπλήσσω.

Καταπλήθω, f. ήσω, impleo, repleo, oppleo.

Καταπληκτικὸς, ὴ, ὸν, acerrimus, terribilis, stuporem adferens. 2) admirabilis. A καταπλήσσω.

Καταπληκτικῶς, *Adv.* cum stupore, terrore, admiratione. ut stupeant, qui vident, audiunt &c.

Καταπλὴξ, ῆγος, ὁ & ἡ, perculsus, consternatus. 2) pavidus. 3) stolidus. Ab eod.

Κατάπληξις, εως, ἡ, obstupefactio. 2) stupor, mens attonita. A sq.

Καταπλήσσω, vel -ήττω, perterrefacio, obstupefacio. καταπλήσσομαι, obstupesco, stupeo, miror. a. 1. act. καταπλῆξαι, perculisse. in med. καταπλήξασθαι. aor. 2. pass. καταπλαγῆναι, percelli, perculsum esse.

Καταπλοκὴ, ῆς, ἡ, implicatio, complexio.

Κατάπλοος, *contr.* κατάπλους, ου, ὁ, navigatio deorsum, sive, qua descendimus. 2) appulsus. 3) locus, ad quem appellimus.

Καταπλουτέω, ῶ, f. ήσω, dives sum, abundo.

Καταπλουτίζω, f. ίσω, dito, locupleto.

Καταπλουτομαχέω, divitiis contra aliquem pugno, divitiis ad alterum debellandum utor. E κατὰ, πλοῦτος, & μάχομαι.

Καταπλύνω, f. υνῶ, abluo, eluo. 2) lavo, perluo, perfundo; tropice, probris, contumeliis.

Κατάπλυσις, εως, ἡ, lotio, ablutio. A pr.

Καταπλώω, Jon. pro καταπλέω, navi devehor. aor. 1. καταπλώσας, devectus.

Κατάπνευμα, ατος, τὸ, afflatus. A seq.

Καταπνέω, f. εύσω, perflo, adflo, & quidem cum vi.

Καταπνίγω, f. ίξω, suffoco, præfoco, strangulo.

Κατάπνιξις, εως, ἡ, strangulatio, suffocatio.

Καταπνοὴ, ἡ, venti irruentis flatus.

Καταπόδα & καταπόδας, *Adv.* v. πῦς.

Καταπόθρα, ας, ἡ, fauces infimæ, quibus cibus devoratur, stomachi orificium. A καταπίνω.

Καταποικίλλω, variego, vario distinguo. perf. pass. καταπεποίκιλται, variegatum est.

Καταπολαύω, perfruor. 2) nimium & plus, quam par est, fruor. Ab ἀπολαύω.

Καταπολεμέω, ῶ, f. ήσω, bellum gero contra aliquem, oppugno: item, debello: hinc

Καταπολέμησις, εως, ἡ, oppugnatio. 2) debellatio.

Καταπολιτεύομαι, f. εύσομαι, vinco aliquem in republ. caussam ad remp. pertinentem obtineo contra aliquem.

Καταπολὺ, *Adv.* multum, valde. 2) multo, *cum Compar.*

Καταπομπεύω, transmitto, transveho pompa. 2) glorior adversus quem.

Καταπονέω, ῶ, fut. ήσω, labore conficio, fatigo, affligo, vexo, lasso. καταπονοῦμαι, labore conficior, fatisco, affligor. καταπονηθεὶς, aor. 1. part. debilitatus, vexatus. Hinc

Καταπόνησις, εως, ἡ, fatigatio, lassitudo.

Κατάπονος, ου, ὁ, ἡ, labore defessus, confectus.

Καταποντίζω, f. ίσω, demergo in pontum, seu mare, submergo.

Καταποντισμὸς, ῦ, ὁ, demersio in mare, submersio. A pr.

Καταποντιστὴς, ῦ, ὁ, qui in pontum demergit. 2) pirata, qui post prædam captam homines aquis submergit. Ab eod.

Καταποντόω, ῶ, f. ώσω, idem quod καταποντίζω.

Καταποτέρδω, idem quod ἀποπέρδω.

Καταπορεύομαι, f. εύσομαι, redeo ab exilio.

Καταπόρνευσις, εως, ἡ, scortatio. 2) stupratio.

Καταπορνεύω, f. εύσω, stupro, stuprum infero, adultero. 2) prostituo.

Καταπορνοκοπέω, ῶ, in meretrices insumo. E κ. & πορνοκόπος, leno.

Κατάποσις, εως, ἡ, absorptio, devoratio, deglutitio cibi vel potus in ventriculum. 2) gula, cibi meatus. Gl. Vet. κατάποσις, vorago. Ab καταπίνω.

Καταπότης, ου, ὁ, vorax, helluo. Gl. Vet. 2) gula. Ab eod.

Καταπότιον, ου, τὸ, catapotium, medicamentum, quod deglutiendo sumitur. Ab eod.

Κατάποτον, idem, ab eod.

Καταπραγματεύομαι, fut. εύσομαι, idem quod simplex.

Καταπρανὴς, έος, ὁ, ἡ, declivis, pronus. v. καταπρηνής.

Καταπράσσω, -ττω, & καταπράττομαι, efficio, perago, transigo. 2) pertracto. 3) comparo mihi.

Καταπράϋνσις, εως, ἡ, mitigatio, sedatio. A sq.

Καταπραΰνω, mitigo, mansuefacio, lenio, sedo.

Κατάπρεμνος, ου, ὁ, ἡ, stirpibus, arboribus, abundans. A πρέμνον.

Καταπρεσβεύω, *cum gen.* legatus venio contra aliquem, oppugnaturus quem.

Καταπρήθω, f. πρήσω, comburo. 2) incendo.

Καταπρηνὴς, έος, ὁ, ἡ, pronus, declivis.

Καταπρηνίζω, pronum præcipito.

Καταπρηνόω, ῶ, præcipito, pessundo, hinc aor. 1. med. καταπρηνώσατο, pro κατεπρηνώσατο. A πρηνής, *pronus*.

Καταπρίω, f. ίσω, serra deseco, vel præcido, serra discindo. 2) discindo, disseco.

Καταπροδίδωμι, prodo.

Καταπροΐημι, e manibus dimitto, projicio. 2) negligo, contemtim abjicio.

Καταπροΐξομαι, progredior. 2) irrideo, contemno. 3) impune evado. 4) impune aliquid facio. Ponitur autem, ut ab eo fit καταπροΐξεσθαι. Est autem οὐ καταπροΐξει pro οὐ καταπροΐξῃ, haud impune feceris, & οὐ καταπροΐξεται, non impune fecerit. Quasi κατὰ προῖκα, *gratis*, *impune*, in altero sensu: e κατὰ, πρὸ, & ἵκομαι vel ἵκω, *venio*, in priori.

Καταπρολείπω, relinquo, desero.

Καταπροτερέω, ῶ, f. ήσω, primas partes eripio, vinco.

Καταπροχέω, f. εύσω, p. κέχυκα, profundo, effundo.

Καταπρωκτίζω, stupro marem, ut simplex.

Καταπρωκτος, ὁ, cinædus.

Καταπτάω, ῶ, *inus.* f. πτήσομαι, devolo.

Κατάπτερος, ου, ὁ, ἡ, plumatus, aliger. A πτερόν.

Καταπτήσσω, f. καταπτήξω, p. κατέπτηχα, terreo. 2) consternor, perterresio, pertimesco, valde timeo, vultu dejecto, voce submissa, corporis compositione tremebunda, ut pauperes, famelici, & adversa fortuna usi, testor animum fractum & desperabundum.

Κα-

Καταπτοέω, ῶ, f. ήσω, consterno, exterreo.
Καταπτυστος, ου, ὁ, ἡ, despuendus, detestandus, abominabilis. A καταπτύω, *despuo*.
Καταπτομαι, *Jon.* pro καθάπτομαι, tango, pulso, ferio, lacesso verbis mordacibus & contumeliosis, item permulceo. 2) objurgo, exprobro. 3) contestor. E κατὰ & ἅπτομαι.
Καταπτύω, ύσω, despuo, despicio, aversor.
Καταπτυχὴς, έος, ὁ, ἡ, sinuosus, plicatus. A πτύσσω.
Κατάπτωμα, ατος, τὸ, lapsus, casus, ruina. A καταπίπτω.
Κατάπτωσις, εως, ἡ, idem.
Καταπτώσσω, metu concido, trepido.
Κατάπτωτος, succiduus, Gloss. Vet. A καταπίπτω.
Καταπτωχίζομαι, f. ίσομαι, inops sum. 2) ad mendicitatem redigor, pauper fio.
Καταπυγὴς, ιος, ὁ, cinaedus. 2) obscoenus. Hes. A πυγή, *nates*.
Καταπυγίζω, marem ineo. A sq.
Κατάπυγος, ου, ὁ, idem quod καταπυγής.
Καταπυγοσύνη, ης, ἡ, foeditas cinaedorum.
Καταπύγων, ωνος, ὁ, cinaedus. A πυγή. *Comp.* καταπυγωνέστερος, impudicus, libidinosus.
Καταπύθω, f. ύσω, putrefacio, putredine consumo. καταπύθομαι, putresco.
Καταπυκάζω, exorno. 2) constipo.
Κατάπυκνος, ου, ὁ, ἡ, condensus.
Καταπυκνόω, ῶ, f. ώσω, condenso; dense, v. c. foramina, facio.
Καταπυκτεύω, f. εύσω, vinco pugilatu.
Καταπυρίζω, inflammo. A sq.
Κατάπυρος, ου, ὁ, ἡ, ignitus, candefactus. 2) ardentissimus, ferventissimus. A πῦρ.
Καταπυρπολέω, ῶ, f. ήσω, igni absumo, comburo.
Κατάπυῤῥος, ου, ὁ, ἡ, valde rufus.
Καταπώγων, ωνος, ὁ, valde barbatus.
Καταπωλέω, vendo, venale habeo.
Κατάρα, ας, ἡ, exsecratio, dirae. Ab ἀρά.
Καταραθυμέω, v. καταῤῥαθυμέω.
Καταρείζομαι, recreor, convalesco, ut simplex.
Καταρακόω, sive καταῤῥακόω, ῶ, lacero. Unde perf. part. κατεῤῥακωμένος, laceratus.
Καταράκτης, ου, ὁ, cataracta, locus abruptus & praeceps in flumine, unde aqua in praeceps ruit. 2) vectis, obex. 3) porta. 4) avis quaedam. A καταῤῥάσσω.
Καταράομαι, ῶμαι, f. άσομαι, exsecror, devoveo, male ominor.
Καταράσιμος, ον, exsecrabilis. A pr.
Κατάρασις, εως, ἡ, exsecratio. Ab eod.
Καταράσσω, vel καταράττω, vide καταῤῥάσσω.
Κατάρατος, ου, ὁ & ἡ, diris devotus, exsecratione dignus. A καταράομαι.
Κατάρβυλος, ου, ὁ, ἡ, usque ad calceos demissus. E κ. & ἀρβύλη.
Καταργέω, ῶ, f. ήσω, p. κατήργηκα, inefficacem reddo: cessare facio ab opere. 2) aboleo, abrogo. 3) inutile reddo.
Κάταργμα, ατος, τὸ, initiatio, *in Plur.* primitiae. A κατάρχομαι.
Κατάργυρος, ου, ὁ, ἡ, argentatus. 2) argenteus.
Καταργυρόω, ῶ, f. ώσω, argento obduco, vel tego. 2) pecunia corrumpo.
Κατάρδω, irrigo.
Κατάρδευτος, ον, irriguus, Gl. Vet. A pr.
Καταρέζω, f. ξω, demulceo manu. v. καταῤῥέζω.
Καταρῆς ἄνεμος, ventus contortus & desuper irruens cum impetu, typhon. A καταῤῥήσσω. (vel a καταῤῥέω. nisi potius est, καταίρτης, a καταίρω.)
Καταρθρόω, ῶ, f. ώσω, articulo.
Καταρίγηλος, ἡ, ὸν, horribilis, horrendus.
Καταριθμέω, ῶ, f. ήσω, annumero. 2) enumero. 3) numero.
Καταρίθμησις, ἡ, enumeratio. A pr.
Καταριπτάζω, f. άσω, dejicio. Hesych.
Καταριστάω, ῶ, f. ήσω, prandeo.
Καταρκέω, ῶ, sufficio.
Καταρμόζω, *Jon.* pro καθαρμόζω, adapto.
Καταρόω, ῶ, f. ώσω, aro. 2) gigno, de mare.
Καταῤῥαγὴ, ἡ, dilaceratio. A καταῤῥήγνυμι.
Καταῤῥαθυμέω, ῶ, f. ήσω, ignave vel timide ago.
Καταῤῥαίνω, f. ανῶ, perfundo stillatim. 2) adspergo, inspergo, irroro.
Καταῤῥάκτης, ου, ὁ, idem quod καταράκτης.
Καταῤῥακτὴρ, ῆρος, ὁ, idem & ab eod.
Καταῤῥάπτω, f. ψω, insuo, consuo.
Καταῤῥάσσω, vel καταῤῥάττω, f. ξω, frango, rumpo. 2) impetuose deturbo. 3) erumpo, cum impetu decido. 4) decido more salientium aquarum, item cum strepitu defluo. E κ. & ῥάσσω.
Κατάῤῥαπτος, ου, ὁ, ἡ, consutus. 2) pannosus. 3) e commissuris nexus, non integer. 4) imbellis, de homine imbecillae valetudinis. A καταῤῥάπτω.
Καταῤῥαψῳδέω, ῶ, f. ήσω, nugor consuendo carmina. 2) nugor, blatero, nugis aliquem obtundo.
Καταῤῥέζω, permulceo.
Καταῤῥεπὴς, έος, ὁ, ἡ, deorsum vergens, declivis. 2) in alteram partem vergens.
Καταῤῥέπω, f. ψω, deorsum vergo & inclinor.
Καταῤῥέω, f. εύσω, defluo, adfluo. 2) decido, delabor. 3) collabor, concido.
Καταῤῥήγνυμι, vel καταῤῥηγνύω, confringo, diffringo. 2) cum impetu dejicio. 3) alvum celeriter & cum impetu moveo, valde purgo, ap. Med.
Καταῤῥηκτικὸς, ἡ, ὸν, celeriter urinam aut alvum ciens. v. καταῤῥήγνυμι.
Κατάῤῥησις, εως, ἡ, accusatio. 2) condemnatio.
Καταῤῥήσσω, vel καταῤῥήττω, f. ξω, confringo, diffringo. 2) constrepo, intersono.
Καταῤῥητορεύω, f. εύσω, contra aliquem verba facio. 2) eloquentia supero. 3) eloquentiae vi demulceo.
Καταῤῥιγέω, f. ήσω, cohorreo, pavesco.
Κατάῤῥιζος, ου, ὁ, ἡ, radices terrae infixas habens. 2) radices e capite demittens. A ῥίζα, *radix*.
Καταῤῥιζόω, ῶ, f. ώσω, radicibus firmo seu fulcio, radicibus fixis stabilio.
Καταῤῥινάω, ῶ, fut. ήσω, limo, lima polio, ut simpl. κατεῤῥινημένον, elegans, exquisitum.
Καταῤῥινίζω, f. ίσω, idem.
Καταῤῥιπτάζω, f. άσω, dejicio, disjicio.
Καταῤῥιπτέω, ῶ, f. ήσω, idem. A sq.
Καταῤῥίπτω, f. ψω, idem.
Καταῤῥοντικός, idem ac καταῤῥοϊκός.
Καταῤῥοιζέω, ῶ, fut. ήσω, asthmate sibilante laboro. A ῥοῖζος.
Καταῤῥοΐζομαι, f. ίσομαι, catarrho laboro, destillationibus vexor. A καταῤῥόος.
Καταῤῥοϊκὸς, ἡ, ὸν, a catarrho proveniens. 2) catarrho obnoxius. 3) catarrhum ciens, s. cum catarrho conjunctus. Ab eod.
Καταῤῥοϊτικὸς, ἡ, ὸν, idem & ab eod.
Κατάῤῥους, *contr.* κατάῤῥοος, ου, ὁ, catarrhus, defluxio, destillatio, gravedo.
Καταῤῥοπία, ας, ἡ, declivitas loci: cum quid deorsum vergit, nititur, ut lanx trutinae. A seq.

Κατάῤῥοπος, ου, ὁ, ἡ, declivis, deorsum vergens. A καταῤῥέπω.

Κατάῤῥος, ὁ, idem quod κατάῤῥοος.

Καταῤῥοφέω, ῶ, f. ήσω, sorbillo, absorbeo.

Καταῤῥοώδης, ες, catarrhis obnoxius, gravedinosus. A κατάῤῥοος.

Καταῤῥυθμέω, ῶ, fut. ήσω, quadro, ad numeros aptos redigo, conformo, fingo.

Καταῤῥυθμίζω, f. ίσω, idem.

Καταῤῥέομαι, defluo, descendo, de veste.

Καταῤῥυπαίνω, f. ανῶ, conspurco, contamino.

Καταῤῥυπόω, idem.

Κατάῤῥυτος, ου, ὁ, ἡ, irriguus, qui defluente humore irrigatur. 2) abundans, copiosus. A καταῤῥέω.

Καταῤῥωδέω, ῶ, extimesco, metu consternor. Unde plusquamperf. κατεῤῥωδήκεε, Jon. pro κατεῤῥωδήκει. Partic. καταῤῥωδηκώς, ap. Herodot. Ab ἀῤῥωδέω.

Καταῤῥὼξ, γος, ὁ, ἡ, scopulus fractus fluctibus. A καταῤῥήγνυμι.

Κάταρσις, εως, ἡ, appulsus navium, & egressio e portu, e terra. 2) locus, ubi naves appellunt, vel unde egrediuntur. 3) profectio, adventus. A καταίρω.

Καταρτάω, ῶ, f. ήσω, appendo. 2) apto.

Κατάρτησις, εως, ἡ, coaptatio. A pr.

Καταρτίζω, f. ίσω, membrum luxatum loco suo repono. 2) instauro, resarcio, reficio. 3) perficio, absolvo. 4) struo, instruo. 5) accommodo, apte compono. 6) e multis unum compono, concilio, ad concordiam adduco.

Κατάρτισις, εως, ἡ, instauratio, perfectio. A pr.

Καταρτισμὸς, ῦ, ὁ, restitutio membrorum luxatorum in locum suum. 2) instauratio, reparatio, &c.

Καταρτιστὴρ, ῆρος, ὁ, compositor, conciliator, moderator.

Κατάρτυσις, ἡ, conditio ciborum. 2) disciplina, institutio. A sq.

Καταρτύω, fut. ύσω, compono, coagmento, instruo. 2) condio.

Καταρχαιρεσιάζομαι, magistratus ereo. 2) vincor aliorum ambitione, ut preterear, & nulla mei habeatur ratio. E κ. & ἀρχ.

Καταρχῆς, *Adv.* ab initio. Ab ἀρχή.

Καταρχὴ, ῆς, ἡ, initium, exordium. 2) *in plur.* primitiæ. 2) libatio. Ex iisd.

Κατάρχω, f. ξω, prior, vel primus facio aut dico. 2) incipio, inchoo. 3) auctor sum alicujus rei, exemplum præeo. 4) præcentorem ago. 5) impero, dominor. 6) κατάρχομαι, incipio, inchoo. 2) victimam ferio. 3) libo.

Κατάσαρκος, ου, ὁ, ἡ, carnosus, corpulentus, obesus. E κ. & σὰρξ.

Κατασαρκέω, ῶ, f. ήσω, obesum reddo.

Κατασάττω, f. ξω, constipo, condenso.

Κατασβέννυμι, vel κατασβεννύω, f. σβέσω, p. ἔσβεκα, extinguo. 2) sedo, restinguo.

Κατάσβεσις, εως, ἡ, extinctio. A pr.

Κατάσεισις, εως, ἡ, concussio. A sq.

Κατασείω, f. σείσω, decutio. 2) concutio, quasso. 3) terreo. 4) manu deorsum commota silentium præcipio, seu aliud signum do.

Κατασημαίνω, f. ανῶ, annoto, observo. 2) obsigno. 3) nota insignio.

Κατασήπω, f. ψω, tabefacio, putrefacio.

Κατασθμαίνω, de equo sæviente in frenum, v. καταφρυάσσομαι.

Κατασιγάζω, f. άσω, silentium impero.

Κατασιγάω, ῶ, f. ήσω, idem. 2) conticesco, sileo.

Κατασιδηρόω, ferro induco, ferream cuspidem, ferreum caput addo.

Κατασικελίζω, Siculum quid comedo. Verbum Comice fictum ab Aristoph. τυρὸν κατεσικέλιξε, caseum Siculum devorabat.

Κατασιλλαίνω, irrideo, dicteriis incesso.

Κατάσιμος, resimus, Gl. Vet.

Κατασινάζω, f. άσω, lædo. A sq.

Κατασίνομαι, idem.

Κατασιτέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, comedo, vescor.

Κατασιωπάω, ῶ, f. ήσω, & -ήσομαι, conticesco. 2) silentium impero. 3) sedeo.

Κατασκάζω, f. άσω, claudico. 2) prosterno.

Κατασκαίρω, salio, desilio.

Κατασκάπτω, f. ψω, suffodiendo everto, de muris subrutis. 2) diruo, everto, exscindo, ut urbem.

Κατασκαριφέω, f. ῶ, vellico, pungo, fodio.

Κατασκαφὴ, ῆς, ἡ, eversio. A κατασκάπτω.

Κατασκαφὴς, έος, ὁ, ἡ, dirutus, (suffodiendo) eversus. Ab eod.

Κατασκεδάζω, fut. άσω, dispergo, dissipo. 2) diluo, refuto. 3) dissipo, v. g. rumores. 4) offundo, perfundo, defundo, ut matulam in alicujus caput.

Κατασκεδάννυμι, & -ύω, idem.

Κατασκελλέω, f. έσω, exsicco, arefacio, extenuo. 2) carnes ab ossibus detraho, ut sola ossa remaneant, sceleton efficio, ap. Med.

Κατασκελὴς, ές, tenuis, exsanguis, aridus, durus, rigidus. Ab sq.

Κατασκέλλω, idem ac Κατασκελλέω, n. 1.

Κατασκεπάζω, f. άσω, protego.

Κατασκέπτομαι, f. ψομαι, exploro, speculor. 2) provideo.

Κατασκευάζω, f. άσω, instruo, adorno. 2) armis instruo, armo. 3) exstruo, exædifico. 4) instauro. 5) adstruo, probo argumeotis, confirmo. 6) molior, machinor. 7) efficio, reddo. 8) comparo, acquiro. 9) compono, conficio. 10) præparo. 11) suborno, immitto, ut exploratorem, vel calumniatorem.

Κατασκεύασμα, ατος, τὸ, id, quod structum est, molimeo, machinamentum. 2) ædificium. 3) commentum, subdola machinatio. 4) remedium excogitatum. A præc.

Κατασκευασμὸς, ῦ, ὁ, commentum, molimen subdolum. Ab eod.

Κατασκευαστὴς, ῦ, ὁ, structor, opifex. Ab eod.

Κατασκευαστικὸς, ἡ, ὸν, affirmandi vim habens, aptus ad confirmandum. A κατασκευάζω.

Κατασκευαστικῶς, *Adv.* demonstratione. A pr.

Κατασκευαστὸς, ἡ, ὸν, exstructus, conditus, structilis. 2) compactua. 3) subornatus, appositus, submissus.

Κατασκευὴ, ῆς, ἡ, exstructio, structura, opificium. 2) structura, compositio & artificium orationis, machinæ, calumniæ & strophæ malitiosæ. 3) constitutio. 4) institutum. 5) apparatus. 6) supellex, vasa & instrumenta domus vel fundi. 7) metatio castrorum. 8) adstructio, probatio, demonstratio.

Κατάσκεψις, εως, ἡ, contemplatio.

Κατασκέω, ῶ, f. ήσω, exerceo. 2) erudio. Ab ἀσκέω.

Κατασκηνάω, & κατασκηνάομαι, ῶμαι, tentorium defigo. 2) sedem & domicilium pono.

Κατασκηνόω, ῶ, f. ώσω, idem. 2) tentorium seu tabernaculum præbeo. 3) quiesco.

Κα–

Κατασκήνωμα, τὸ, idem quod seq. A pr.
Κατασκήνωσις, εως, ἡ, tentoriorum seu tabernaculorum collocatio. 2) tentorium, habitaculum. 3) nidus. Ab eod.
Κατασκήπτω, f. ψω, cum impetu devehor, impetuose irruo. 2) corripio, invado.
Κατάσκηψις, εως, ἡ, invasio. 2) impetus, ut fulminis. 3) decubitus, ap. Med.
Κατασκιάζω, f. άσω, obumbro, opaco.
Κατασκιάω, ῶ, idem. Hinc κατεσκίων apud Hom. obumbrabant, tegebant.
Κατασκίδναμαι, dissipor.
Κατάσκιος, α, ὁ, ἡ, umbrosus, opacus. A σκιά.
Κατασκιρόω, f. ώσω, idem quod σκιρόω.
Κατασκλήνω, exaresco, contabesco, perf. κατέσκληκα, exarui, contabui, partic. κατεσκληκώς, emaciatus, tabefactus.
Κατασκληθρίζω, idem.
Κατασκοπέτευσις, εως, ἡ, exploratio, speculatio. A seq.
Κατασκοπεύω, f. εύσω, exploro, speculor.
Κατασκοπέω, ῶ, f. ήσω, exploro, & quidem hostili animo. Unde in N. T. insidior.
Κατασκοπή, ῆς, ἡ, speculatio, exploratio. 2) specula, ut simpl.
Κατασκόπησις, εως, ἡ, exploratio.
Κατασκοπικὸς, ἡ, ὸν, speculatorius, exploratorius. A κατασκοπή.
Κατασκόπιον, α, τὸ, navis exploratoria. Ab eod.
Κατάσκοπος, ου, ὁ, ἡ, explorator, speculator, index. A κατασκέπτομαι.
Κατασκυθρωπάζω, v. σκυθρωπάζω.
Κατασκώπτω, fut. ψω, cavillor, dictis mordacibus incesso.
Κατασμικρίζω, deprimo verbis, Aristot. sed lectio dubia. A σμικρός.
Κατασμικρολογέω, ῶ, parvi pendo. 2) parcum & illiberalem judico, obloquor, ut parco.
Κατασμικρύνω, f. υνῶ, parvum reddo, imminuo. 2) extenuo, deprimo verbis.
Κατασμύρνιος, α, ὁ, ἡ, myrrhatus, myrrham redolens. A σμύρνα.
Κατασμύχω, f. ξω, idem quod ἀποσμύχω.
Κατασμύχω, f. ξω, contero, contundo, minuo.
Κατασοβαρεύομαι, insolenter, vel superbe me adversus aliquem gero, effero.
Κατασοβέω, ῶ, f. ήσω, abigo, propulso, expello. 2) persequor.
Κατασοφίζω, & κατασοφίζομαι, sophistice decipio, sophismate circumvenio. 2) fraudes & dolos machinor, dolose ago. 3) arte aliqua decipio, circumvenio. Pass. κατασοφίζομαι, decipior, aorist. 1. part. κατασοφισθεὶς, deceptus.
Κατασοφιστεύω, f. εύσω, eludo captiose verborum argutiis.
Κατασπάζομαι, f. άσομαι, comiter accipio & amplector. Ab ἀσπάζομαι.
Κατασπαθάω, ῶ, fut. ήσω, luxu consumo, prodigo. v. κατασπαταλάω & σπαθάω.
Κατασπαράσσω, vel -άττω, f. ξω, dilacero, dilanio, discerpo.
Κατάσπασις, εως, ἡ, detractio. A κατασπάω.
Κατάσπασμα, ατος, τὸ, idem. 2) quod convulsum est. Ab eod.
Κατασπασμὸς, ῦ, ὁ, idem.
Κατασπαστικὸς, ἡ, ὸν, detrahendi, convellendi vim habens. Ab eod.
Κατασπαταλάω, ῶ, delicior, in deliciis vivo.
Κατασπάω, ῶ, detraho, destruo, convello, deturbo. 2) avide deglutio, seu haurio faucibus. perf. in sing. præs. κατέσπακας, deglutis, sive soles deglutire, apud Aristoph.
Κατασπείρω, sero, semino, consero.
Κατάσπεισις, εως, ἡ, perfusio, ut hostiæ. A seq.
Κατασπένδω, f. σπείσω, libo, perfundo libamine seu libamento. 2) devoveo.
Κατασπέρχω, impello, urgeo, properare cogo.
Κατασπεύδω, f. εύσω, urgeo, incito, instigo. 2) festino. perf. part. κατεσπευσμένος, acceleratus.
Κατασπιλάζω, f. άσω, commaculo, labem adspergo, inquino. A σπίλος, macula. 2) ex improviso appareo vel adsum, vel irruo. A σπιλάς.
Κατασπολέω, ῶ, f. ήσω, ferio, percutio, ut simplex.
Κατασπορὰ, ᾶς, ἡ, seminatio. A κατασπείρω.
Κατασπουδάζω, f. άσω, studeo, operam navo, studiose adfecto. perf. part. κατεσπουδασμένος, rerum agendarum curiosus, sedulus, navus.
Κατασπουδὴν, Adv. de industria, studio, data opera, pro κατὰ σπουδήν.
Κατασταγμὸς, ῦ, ὁ, destillatio. A seq.
Καταστάζω, f. άξω, destillo, instillo, stillatim infundo, vel effundo.
Κατασταθμεύω, f. εύσω, in statione, deversorio, seu stabulo colloco.
Κατασταθμίζω, f. ίσω, appendo, pondere metior, libro.
Κατασταθμισμὸς, ῦ, ὁ, appensus, libratio. A præc.
Κατασταλτικὸς, ἡ, ὸν, reprimendi aut sistendi vim habens, reprimens, sistens, cohibens. A καταστέλλω, reprimo.
Κατασταμνίζω, f. ίσω, in vas seu dolium infundo & condo.
Καταστασιάζω, f. άσω, seditione opprimo & adfligo. 2) concerto.
Κατάστασις, εως, ἡ, collocatio & constitutio cujusvis rei in sua sede. 2) constitutio, ordinatio, institutio. 3) ordinatio ad officium. 4) constitutio, v. gr. aeris, corporis humani. 5) status, conditio. 6) ipsa actio standi. 7) locus, in quo consistitur. 8) consessus, concilium, concio. 9) sedes. 10) stipendium equestre. 11) sedatio v. c. tumultus, & cujuscunque perturbationis. A καθίστημι.
Καταστάτης, ου, ὁ, instaurator, dispositor. Ab eodem.
Καταστατικὸς, ἡ, ὸν, certo statu præditus. 2) sedandi vim habens. Ab eod.
Καταστεγάζω, f. άσω, tego, operio.
Καταστέγασμα, ατος, τὸ, operimentum, tegmen. A præc.
Κατάστεγος, α, ὁ, ἡ, tectus, tecto coopertus. A στέγη, tectum.
Καταστείβω, f. ψω, calco, pedibus tero.
Καταστείχω, f. ξω, descendo. 2) redeo, revertor.
Καταστέλλω, reprimo, sedo, compesco. 2) vestio, orno. κατεστάλην in aor. 1. κατεσταλμένος, perf. part. moderatus, placatus.
Καταστενάζω, f. άξω, ingemisco, cum gemitu deploro.
Καταστένω, f. νῶ, ingemo, suspiro.
Καταστερίζω, f. ίσω, stellis distinguo, stellis insignio. 2) inter astra colloco, in astra refero. E κ. & ἀς.
Κατάστερος, α, ὁ, ἡ, stellatus, qui siderum splendorem imitatur. Ab ἀστήρ.
Καταστερισμὸς, ῦ, ὁ, constellatio. Gl. Vet. A καταστερίζω.

Κα-

Καταστερισμὸς, ῦ, ὁ, relatio in astra. 2) Eratosthenis καταστερισμοὶ, enarratio eorum, quae in astra sunt relata, iisque nomen dedere. Ab eod.

Καταστεφανόω, ῶ, f. ώσω, corono.

Καταστεφὴς, ὲς, coronatus. A seq.

Καταστέφω, f. ψω, corono, serto redimio.

Καταστηλιτεύω, f. εύσω, in stela noto, proscribo, universe, oratione invectiva infamo. perf. part. κατεστηλιτευμένος, proscriptus.

Καταστηλόω, cippis, columellis distinguo, v. c. viam.

Κατάστημα, ατος, τὸ, constitutio, habitus, status. 2) habitus vultusque hominis composita mente. 3) vestitus. A καθίστημι.

Καταστηματικὸς, ἡ, ὸν, sedatus, qui nullo modo turbatur. A praec.

Κατάστημος, ὁ, ἡ, vestis denso stamine. E κ. & στήμων, *stamen*.

Καταστηρίζω, f. ίξω, fulcio. 2) intell. ἑαυτὸν, innitor, incumbo, consideo, cum εἰς.

Κατάστιγμα, τὸ, macula in pelle animalis. A seq.

Καταστίζω, f. ξω, punctis distinguo, compungo.

Κατάστικτος, ου, ὁ, ἡ, punctis distinctus, notis compunctus, varius, maculosus. A praec.

Καταστίλβω, niteo, fulgeo, refulgeo.

Καταστολὴ, ῆς, ἡ, repressio; inhibitio, cohibitio. 2) vestitus, amictus. 3) modestia in vestitu. A καταστέλλω.

Καταστολίζω, vestibus orno, vestio.

Καταστομίζω, f. ίσω, tacere cogo. A στόμα.

Καταστομὶς, ίδος, ἡ, tibiae pars quaedam. E κατὰ & στόμα.

Καταστεναχέω, ῶ, ingemisco, suspiro graviter.

Καταστεναχίζω, f. ίσω, idem.

Καταστορέννυμι, vel καταστορεννύω, sterno; sedo, ut mare, animum iratum &c. & tranquillum reddo. A seq.

Καταστορέω, ῶ, idem. aor. 1. κατεστόρεσε, stravit, sedavit. plusqpf. pass. κατεστόρεστο, strati ac caesi erant. aor. 1. pass. καταστορεσθῆναι, sedari.

Καταστοχάζομαι, f. άσομαι, collimo, scopum peto. 2) velut scopum propositum habeo, specto. 3) conjicio. A στοχάζομαι.

Καταστοχασμὸς, ῦ, ὁ, conjectura.

Καταστοχαστικὸς, ἡ, ὸν, conjecturalis, in conjiciendo acutus.

Καταστραγγίζω, f. ίσω, efficio ut quid destillet.

Καταστράπτω, f. ψω, fulgore illustro, fulgore vel splendore oppleo.

Καταστρατηγέω, ῶ, f. ήσω, strategemate supero, bellica astutia decipio. perf. part. pass. κατεστρατηγημένος, strategemate vel quacunque fraude circumventus.

Καταστρατοπεδεία, ἡ, castrametatio, s. castra ipsa, ut simplex.

Καταστρατοπεδεύω, f. εύσω, castra moveo adversus, exercitu infesto invado. 2) castra metor; in castris dego.

Καταστρεβλόω, ῶ, fut. ώσω, torqueo. 2) distorqueo, depravo.

Καταστρέφω, f. ψω, subverto. 2) dejicio, prorsterno. 3) revoco. 4) exigo, finio, claudo. 5) morior, vitam finio. 6) desino. 7) subigo, in potestatem redigo. καταστρέφομαι, act. & passive, ut κατεστραμμένος πολλὴν γῆν, qui multum terrae subegit. κατεστραμμένος, subactus, eversus.

Καταστρηνιάω, ῶ, f. άσω, insolentius & lascivius me gero, lascivio. v. στρῆνος.

Καταστροφὴ, ῆς, ἡ, catastrophe, extrema pars fabulae. 2) subversio, dejectio. 3) exitus, finis, mors. A καταστρέφω.

Καταστροφικῶς, *Adv.* more catastropharum, seu ut in catastrophis fabularum fieri solet.

Κατάστρωμα, ατος, τὸ, superius tabulatum navis, quod nautas aut milites sustinet. A sq.

Καταστρώννυμι, vel καταστρωννύω, f. στρώσω, consterno. 2) humi sterno, humi adfligo. Inf. καταστρώννυσθαι, sternere. aor. 1. κατέστρωσαν, straverunt. plusquamperf. κατέστρωντο, strati fuerant. Hinc

Κατάστρωσις, εως, ἡ, constratio. 2) prostratio.

Καταστυγέω, ῶ, f. ήσω, aversor, odio prosequor.

Καταστυγνάζω, molestia afficior, sum tristis, vultuosus. A sq.

Κατάστυγνος, ον, tristis, aeger.

Καταστύφελος, & κατάστυφλος, ου, ὁ, ἡ, valde durus, asper.

Καταστωμύλλω, deblatero, blaterando obtundo. Perf. part. pass. κατεστωμυλμένος, ad loquacitatem & garriendum factus, compositus. aor. 1. med. κατεστωμύλατο, argute accusavit, argute recitavit.

Κατασύομαι, cum impetu ruo: ut hinc sit Homericum κατέσσυντο.

Κατασυρίττω, f. ξω, sibilum edo, sibilo. 2) exsibilo.

Κατασύρω, detraho, deorsum traho. 2) populor, diripio. 3) pertraho.

Κατασφαγὴ, ῆς, ἡ, interemptio, occisio. A sq.

Κατασφάζω, f. -άττω, f. ξω, jugulo, macto. 2) interficio, occido. aor. 2. part. κατασφαγεὶς, interemptus.

Κατασφακτικὸς, ἡ, ὸν, avidus caedis, sanguinolentus. A pr

Κατασφαλίζω, f. ίσω, munio, tutum reddo. 2) seris claudo, obfirmo. Ab ἀσφαλίζω.

Κατασφενδονάω, ῶ, f. ήσω, fundam contorqueo adversus aliquem.

Κατασφηκόω, ῶ, f. ώσω, in angustum contraho. 2) clavis configo.

Κατασφηνόω, ῶ, f. ώσω, cuneo findo.

Κατασφίγγω, diffringo. Gl. Vest. constringo.

Κατασφραγίζω, f. ίσω, signo, signaculo obfirmo.

Κατασχάζω, f. άσω, scarifo, scalpro aperio.

Κατάσχασμα, ατος, τὸ, scarificatio, incisio aut fissura scalpello facta. A pr.

Κατασχασμὸς, ῦ, ὁ, idem & ab eod.

Κατασχαστέον, scarifandum. Ab eod.

Κατασχάω, laxo, remitto, ut simplex.

Κατασχέθω, inhibeo, detineo.

Κατάσχεσις, εως, ἡ, possessio, occupatio. 2) retentio. A κατέχω.

Κατασχετλιάζω, f. άσω, indignor adversus quid.

Κατάσχετος, ου, ὁ, ἡ, detentus, qui captus detinetur. A κατέχω, *detineo*.

Κατασχηματίζω, f. ίσω, effingo, conformo.

Κατασχημονέω, ῶ, f. ήσω, indecore, turpiter & contumeliose ago, seu tracto. Ab ἀσχημονέω, *idem*.

Κατασχίζω, f. ίσω, diffindo, discindo, conscindo, diffindendo convello. 2) praecido.

Κατάσχισις, εως, ἡ, diffissio, discissio. A pr.

Κατάσχισμα, ατος, τὸ, frustum findendo vel scindendo avulsum. Ab eod.

Κατασχολάζω, otium habeo, vaco.

Κατασχολέω, ῶ, fut. ήσω, occupatus sum. 2) otio male utor. Ab ἀσχολέω.

Κατασωρεύω, f. εύσω, accumulo, coacervo.

Κατα-

Κατασπαταλάω, per luxuriam absumo. Ab σπαταλάω.
Κατασείχω, attero, contero.
Κατατέμνω, idem quod κατατέμνω.
Κατατανύω, f. ύσω, extendo. 2) explico, expedio.
Κατάταξις, εως, ἡ, centuriatio, decuriatio. 2) constitutio in suo cujusque loco. A κατατάσσω.
Κατταράσσω, f-άττω, perturbo.
Κατταρταρόω, f. ώσω, in locum caliginosum, item carcerem dejicio.
Κατάτασις, εως, ἡ, extensio. 2) collocatio membri, ap. Hippocr. A κατατείνω.
Κατατάσσω, vel-άττω, f. ξω, ordino, constituo. 2) refero inter, insero.
Κατατεχέω, ῶ, f. ήσω, celeritate vinco & averto. 2) festino. A τάχος.
Κατατάχος, Adv. pro κατὰ τάχος, celeriter.
Κατατεχύνω, festino.
Κατατέγγω, humidus sum, madeo.
Κατατεθαῤῥηκότως, Adv. confidenter, audacter, licenter. A καταθαῤῥέω.
Κατατείνω, tendo. 2) retineo, attractis habenis. 3) inhibeo, coerceo. 4) prosterno, dejicio. 5) contendo. 6) distendo, extendo, distendendo torqueo. 7) porrigor, pertineo. 8) pergo. 9) contendo, connitor.
Κατατειχίζω, fut. ίσω, muros demolior & dejicio.
Κατατειχογραφέω, cum Gen. in pariete adversus quem scribo quid. E κατὰ, τεῖχος, & γράφω.
Κατατελής, έος, ὁ, ἡ, perfectus, totus, usque ad reliquias. τὰ κατατέλεια, ων, reliquiæ. 2) sumtus & impensæ. 3) magistratuum consessus.
Κατατέμνω, fut. τεμῶ, concido. 2) vulneribus multis concisum interficio. 3) occido. 4) disseco, in partes seco. 5) dirimo, dirimo societatem. aorist. 2. κατέτεμον. part. κατατεμὼν, qui scidit. aor. 1. pass. κατετμήθην. part. κατατμηθεὶς, scissus.
Κατατέρπω, f. ψω, delecto.
Κατατεφρόω, ῶ, f. ώσω, in cinerem redigo.
Κατατεχνολογέω, ῶ, f. ήσω, artificiose, subtiliter distinguo & dissero. 2) in artem redigo.
Κατάτεχνος, ου, ὁ, ἡ, artificiosus, artifex. 2) artificiose elaboratus & perpolitus. A τέχνη.
Κατατεχνικός, ή, όν, idem.
Κατατεχνικῶς, Adv. artificiose.
Κατατήκω, f. ξω, colliquefacio. 2) emacio, contabefacio.
Κατατίθημι, & κατατίθεμαι, med. ex humeris &c. depono apud aliquem. 3) persolvo, numero. 4) repono, colloco. 5) in medio: depono ex humeris &c. onus, honorem, omitto controversiam, accusationem. 2) constituo, ordino res. 3) comparo, consequor. 4) ineo, (gratiam), suscipio (inimicitias). 5) tribuo (beneficium), in pass. accipio. 6) tracto aliquem, in utramque partem. 7) occulto, comprimo, de dardanariis, qui frumentum nolunt vendere, ut carius fiat.
Κατατιλάω, ῶ, f. ήσω, stercore contamino. 2) stercus emitto adversum.
Κατατίλλω, depilo, compilo, convello.
Κατατιτραίνω, idem quod seq.
Κατατιτράω, ῶ, f. κατατρήσω, perforo, pertundo, perterebro. Perf. part. pass. κατατετρημένος.
Κατατιτρώσκω, f. κατατρώσω, saucio, vulnero.
Κατατοκίζω, f. ίσω, fœnore obruo & exhaurio.
Κατατολμάω, ῶ, f. ήσω, audeo adversum aliquem, item, audaci & fidenti animo, cum periculo etiam, facio aliquid.
Κατατομή, ῆς, ἡ, concisio. 2) incisio, sectio, incisura, ut simplex.
Κατάντης, ου, ὁ, ἡ, deorsum tendens. 2) minus altus. A κατατείνω, deorsum tendo.
Κατατοξεύω, f. εύσω, sagitta peto. 2) sagitta configo, confodio.
Κατατραυματίζω, f. ίσω, saucio, vulneribus conficio.
Κατατράω, ῶ, f. ήσω, perforo.
Κατατρέπω, f. ψω, in fugam verto, fugo.
Κατατρέχω, incurro, incursionem facio, incursionibus vasto. 2) insector, invehor, reprehendo. 3) percurro, lustro, considero. aor. 2. κατέδραμον, inf. καταδραμεῖν.
Κατάτρησις, εως, ἡ, perforatio. A κατατράω.
Κατατρίβω, f. ψω, contero, attero, contrico. 2) consumo vel tero tempus. κατατριβῆναι, aor. 2. pass. ætatem consumsisse. perf. pass. κατατέτριμμαι, ætatem consumsi in.
Κατατρίζω, f. ίσω, strido, stridorem edo.
Κατατρίχιος, ου, ὁ, ἡ, instar pili tenuis. A θρὶξ, pilus.
Κατάτριψις, εως, ἡ, attritus, contritio.
Κατάτροπος, ου, ὁ, ἡ, deorsum versus, deorsum vergens, declivis. Hes. A κατατρέπω.
Κατατροχάζω, f. άσω, decurro, incurro. 2) roto.
Κατατρόχαστος, ου, ὁ, ἡ, qui curru transiri potest.
Κατατρυπάω, ῶ, terebro.
Κατατρυφάω, ῶ, f. ήσω, oblector, delector. 2) luxu diffluo, delicate admodum vivo. 3) luxurior in aliqua re.
Κατατρύχω, attero, contero. 2) affligo, vexo.
Κατατρύω, f. ύσω, idem.
Κατατρώγω, comedendo seu corrodendo consumo, comedo.
Κατατυγχάνω, evenio. 2) consequor, adsequor. κατατυχὼν, aor. 2. part. voti compos. inf. κατατυχεῖν, assequi.
Κατατυραννέω, ῶ, f. ήσω, tyrannidem exerceo.
Καταυαίνω, arefacio.
Καταυγάζω, f. άσω, illumino, illustro. 2) resplendeo, luceo.
Καταυγασμός, οῦ, ὁ, illuminatio, illustratio. A præc.
Καταυγάστειρα, ἡ, quæ illuminat. Ab eod.
Καταύδησις, εως, ἡ, vociferatio. Ab αὐδάω.
Καταῦθι, Adv. illic.
Καταυλακίζω, f. ίσω, sulco.
Καταυλέω, ῶ, f. ήσω, tibia modulor. Pass. καταυλέομαι, οῦμαι, tibiæ cantum audio. 2) tibiis personor, impleor & obruor, item demulceor a strepitu tibiarum. 3) exsibilor & derideor.
Καταύλησις, εως, ἡ, tibiarum inflatus. A præc.
Καταυλίζομαι, f. ίσομαι, stationem habeo. 2) deversor, castra metor, consideo.
Καταυτίκα, Adv. statim, illico.
Καταυτόθι, Adv. ibi, illic, istic.
Καταυχέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, glorior contra.
Καταύω, f. αύσω, torreo, exuro. 2) aboleo.
Καταφαγάς, άδος, ὁ, nepos, helluo, ganeo. A seq.
Καταφαγεῖν, aor. 2. (Præs. inus.) peredere, edere, devorare. 2) consumere, absumere, per lusum abligurire. καταφάγομαι, devorabo.
Καταφαίνομαι, appareo, videor esse.
Καταφάνεια, ας, ἡ, claritas, perspicuitas. A seq.
Καταφανής, έος, ὁ, ἡ, conspicuus, apertus.
Καταφαντάζω, f. άσω, idem quod φαντάζω.
Καταφατικός, ή, όν, adfirmativus, qui adfirmari po-

poteſt, adfirmandus. (ſed hoc potius κατάφατος.) A καταφημί. 2) qui videri aut conſpici poteſt, conſpiciendus. A καταφαίνομαι.

Καταφανῶς, *Adv.* aperte, evidenter, manifeſte. A καταφανής.

Καταφαρμακεύω, f. εύσω, veneficio delinio. 2) lenocinio adficio, fuco.

Καταφαρμάσσω, vel καταφαρμάττω, f. ξω, veneno lædo, veneno noceo.

Κατάφασις, εως, ἡ, adfirmatio, enunciatio cum adſenſu. A καταφημί.

Καταφάσκω, idem quod καταφημί.

Καταφατίζω, dico contra aliquem. 2) ſancte polliceor, affirmo.

Καταφατικός, ή, όν, adfirmans. A καταφημί.

Καταφατικῶς, *Adv.* adfirmando.

Καταφαυλίζω, f. ίσω, pro vili habeo, contemno, verbis deprimo.

Καταφέγγω, fulgore percello.

Καταφέρεια, ας, ἡ, proclivitas. A ſeq.

Καταφερής, έος, ὁ & ἡ, declivis, pronus, proclivis. 2) infirmus, imbellis. 3) libidinoſa, meretrix. 4) omninoque intemperans in quocunque genere. A ſeq.

Καταφέρω, deorſum fero, defero, demitto. 2) dejicio, deturbo. 3) adigo, allido, incutio. καταφέρομαι, deferor, appello. κατενεχθείς, aor. 1. part. delatus, appulſus. in act. κατενεγκών, qui detulit, adegit.

Καταφεύγω, confugio, perfugio. καταφευκτέον, confugiendum.

Κατάφευξις, εως, ἡ, perfugium, confugium.

Κατάφημι, ajo, adfirmo, confirmo. 2) denuncio, defero.

Καταφημίζω, f. ίσω, divulgo, famam ſpargo. καταπεφήμισται, fama fert.

Κατάφημος, famoſus. Gl. Vet. A φήμη.

Καταφθάνω, pervenio, advenio. 2) opprimo aliquem, invado.

Καταφθατοῦμαι, idem, apud Æſchyl. A præc.

Καταφθείρω, corrumpo, perdo.

Καταφθινύθω, profligo, perdo, corrumpo. 2) contabeſco, diſpereo.

Καταφθίνω, conſumo tabe. 2) *paſſ.* tabeſco, marceſco, intereo.

Καταφθίω, f. ίσω, perdo, interficio.

Καταφθορά, ᾶς, ἡ, corruptio, deſtructio, vaſtatio. 2) maceratio. 3) ſtupratio. 4) internecio, ſtrages, cædes. 5) mors æterna, apud Scriptores Eccl. 6) vita improba, perdita. A καταφθείρω.

Καταφιλέω, ῶ, f. ήσω, deoſculor, oſculor.

Καταφιλοσοφέω, ῶ, f. ήσω, ſentio in philoſophia contra aliquem, ſ. diſputo. 2) philoſophica diſputatione vinco. 3) ſilentio & modeſtia, ſ. patientia vinco.

Καταφλέγω, f. ξω, comburo, inflammo. καταφλέγομαι, deflagro. καταφλεχθείς, aor. 1. paſſ. part.

Κατάφλεκτος, ον, combuſtus.

Καταφλεξίπολις, ὁ, ἡ, exuſtor, vaſtator urbis. Ex ſeq. & πόλις.

Κατάφλεξις, εως, ἡ, combuſtio, exuſtio.

Καταφλυαρέω, ῶ, f. ήσω, obgannio. 2) deblatero, nugas effutio.

Καταφοβέω, ῶ, fut. ήσω, exterreo, conterreo.

Κατάφοβος, ου, ὁ, ἡ, formidoloſus, plenus timoris. 2) exterritus.

Καταφοινίσσω, rubro colore tingo, cruento.

Καταφοιτάω, ῶ, f. ήσω, venio. 2) diſcedo.

Καταφονεύω, cædem perpetro, occido.

Καταφορά, ᾶς, ἡ, lapſus, caſus, etiam occaſus ſolis. 2) ictus. 3) adliſio. 4) altus ſopor, gravis ſomnolentia. *Aquila.* 5) invectiva, objurgatio gravis. 6) merces operarum. Poll. A καταφέρω.

Καταφορέω, ῶ, f. ήσω, deveho, defero.

Καταφορικός, ή, όν, vehemens, cum impetu incurrens, invectivus. A καταφορά.

Καταφορικῶς, *Adv.* vehementer, aſpere. A præc.

Κατάφορος, ου, ὁ, ἡ, proclivis, pronus, propenſus, proprie & tropice. 2) qui defertur, delabitur. A καταφέρω.

Καταφορτίζω, f. ίσω, onero, onus impono.

Καταφορτικός, ή, όν, oneroſus. 2) vehemens.

Κατάφορτος, ον, onuſtus.

Κατάφραγμα, ατος, τό, munimen.

Καταφράζομαι, f. άσομαι, conſidero, animadverto.

Κατάφρακτος, ου, ὁ, ἡ, loricatus. A ſeq.

Καταφράσσω, vel -άττω, f. ξω, munio, ſepio. 2) lorica munio.

Καταφρονέω, ῶ, f. ήσω, contemno, ſperno, deſpicio. 2) *cum Acc. pro* adfecto, in pr. doloſe meditor, apud Herodot. unde ap. ε. καταφρονέοντες, impoſtores, fraudulenti, prævaricatores. 3) in fines alienos irruo hoſtiliter, ſc. quia hoſtes contemno h. e. non timeo. *nam & 4) eſt* non timeo, contemtim, ut quem nil timeam, tracto: ut & latini *contemno* dicunt.

Καταφρόνημα, ατος, τό, contemtus, contemtio. 2) hoſtilis irruptio in fines alienos. A præc.

Καταφρόνησις, εως, ἡ, contemtus, deſpectio. Ab eodem.

Καταφρονητής, ῦ, ὁ, contemtor. Ab eod.

Καταφρονητικός, ή, όν, ad contemnendum propenſus, qui facile contemnit. A præc.

Καταφρονητικῶς, *Adv.* contemtim, per contemtum. A præc.

Καταφροντίζω, fut. ίσω, jocoſe fictum ab Ariſtophane, ἐκ ἀπολώλεκ' ἀλλὰ καταπεφρόντικα, *ſcil.* θοιμάτιον, non amiſi veſtem, verum ſtudiis impendi.

Καταφρύαγμα, ατος, τό, faſtus, ſupercilium.

Καταφρυάσσομαι, -άττομαι, propr. de equo ſæviente in frenum. 2) gloriam mihi adverſus aliquem adſumo, effero me contra aliquem.

Καταφρύγω, f. ξω, torreo. 2) cremo.

Καταφρύσσω, vel -φρύττω, f. ξω, idem.

Καταφυγγάνω, confugio. A καταφεύγω.

Καταφυγή, ῆς, ἡ, refugium. Ab eod.

Καταφύγιον, ου, τό, perfugium. Ab eod.

Καταφυλαδόν, *Adv.* per tribus, tributim, per gentes. A φυλή.

Καταφυλάσσω, vel -άττω, f. ξω, obſervo.

Περισμύχω, paullatim & clam cæco & solummodo fumante igni comburo. 2) macero, conficio dolore, ægritudine.
Περισοβέω, ῶ, f. ήσω, obeo, circumeo, vagor cum strepitu, importunitate & insolentia. 2) circumfero, dicitur in pr. de calice in conviviis.
Περισοφίζομαι, circumvenio, astutia fallo.
Περισπαίρω, palpito & terram calcibus pulso.
Περισπασμός, ῦ, ὁ, distractio, occupatio orta e curis & negotiis. 2) contentio, bellum. 3) conversio s. circumactio. 4) circumflexio. Vox Gramm. A περισπάω.
Περισπαστέον, circumflexo accentu notandum. A seq. n. 4.
Περισπάω, ῶ, f. άσω, detraho, avello, destringo, Gl. V. 2) distraho, i. e. in diversum traho. 3) distraho curis & negotiis, item, quibuscunque, etiam suavibus, avocamentis, oblectamentis. 4) circumflexo accentu noto. περισπασθεὶς, districtus, Philox. distractus. περισπωμένη, scil. προσῳδία, circumflexa, circumducta, Philox. accentus circumflexus.
Περισπειράω, ῶ, f. άσω, in orbem circumdo, vel involvo.
Περισπείρω, dissemino. 2) dispergo.
Περισπέρχεια, ἡ, studium, festinatio, trepidatio. A seq.
Περισπερχής, έος, ὁ, ἡ, supra modum urgens seu premens, item festinans, trepidans. A sq.
Περισπέρχω, propero. 2) graviter fero. 3) infensus sum. περισπέρχομαι, huc illuc curso.
Περισπεύδω, persequor, assiduus comes hæreo. 2) urgeo, premo.
Περίσπλαγχνος, ου, ὁ, ἡ, magnanimus, animosus. A σπλάγχνον.
Περισπογγίζω, spongia detergeo, ut simplex.
Περισπούδαστος, ου, ὁ, ἡ, studiose expetitus, quem multi studiose adsectantur, qui diripitur, ut Cicero ait. 2) studio dignus. A σπουδάζω.
Περισπουδάστως, *Adv.* studiose, cupide. A pr.
Περισπωμένως, *Adv.* cum circumflexo in ultima. A περισπάω, n. 4.
Περισσαίνω, v. περισαίνω.
Περισσάκις, *Adv.* numero impari, impariter. A περιττός.
Περισσάρτιος, ου, ὁ, ἡ, compositus e pari & impari numero. E περιττὸς & ἄρτιος.
Περισσεία, ας, ἡ, abundantia. A περισσεύω.
Περίσσευμα, περίττευμα, τὸ, abundantia. 2) reliquiæ, excrementum, stercus. Ab eod.
Περίσσευσις, εως, ἡ, abundantia, Gloss. Vet. A seq.
Περισσεύω, seu περιττεύω, fut. εύσω, abundo, superfluo, supersum. A περισσός.

Περισ-

Περισσόβοτος, ου, ὁ, ἡ, pastu seu cibo abundans. Ex eod. & βοτίς.

Περισσοδάκτυλος, vel περιττοδάκτυλος, ου, ὁ, ἡ, cui digitus unus superest. 2) digitos numero impares habens.

Περισσοέπεια, vel περιττοέπεια, ας, ἡ, loquacitas. 2) cnpia orationis. A περισσοεπής.

Περισσοεπέω, idem quod περισσολογέω. A sq.

Περισσοεπής, έος, ὁ, ἡ, verbis abundans. 2) loquax. E περισσὸς & ἔπος.

Περισσόκομος, ου, ὁ, ἡ, abunde comatus, qui comis densis est. Ex eod. & κόμη.

Περισσολογέω, & περιττολογέω, ῶ, f. ήσω, sermone nimis multo utor. A περισσολόγος.

Περισσολογία, vel περιττολογία, ας, ἡ, expositio rerum supervacuarum, sermo redundans & supervacaneus. 2) exaggeratio rei & amplificatio copiosa. Ab eod.

Περισσολόγος, & περιττολόγος, ου, ὁ, ἡ, multo sermone utens. 2) copiosus in dicendo.

Περισσόμυθος, ον, inanis dictu. 2) loquax.

Περισσόνοος, contr. περισσόνους, ου, ὁ, ἡ, excellenti mente præditus, sollers.

Περισσός, & περιττός, ή, όν, qui præ ceteris aliquid habet, quo præstet, eximius, excellens, copiosus &c. unde τὸ περισσὸν, excellentia, præstantia, copia. 2) alicujus rei, ut doctrinæ, elegantiæ scribendi studiosior. 3) nimius, supervacaneus, redundans. 4) inutilis. 5) impar, de numero. 6) numeris additum, ut εἴκοσι περιττοί, est viginti amplius. A περί.

Περισσόσαρκος, ον, crassus. A pr. & σάρξ.

Περισσότερος, α, ον, abundantior, Gl. Vet. præstantior. Comp. a περισσός.

Περισσοτέρως, Adv vehementius, magis. A pr.

Περισσοτεχνία, ἡ, artificii adfectatio, nimium artis studium. A περισσὸς & τέχνη.

Περισσότης, vel περιττότης, ητος, ἡ, copia rerum. 2) excellentia, præstantia. 3) redundantia sermonis & πλεονασμός. A περισσός.

Περισσοτρύφητος, ου, ὁ, ἡ, nimis delicatus. Ex eod. & τρυφάω.

Περισσόφρων, ονος, ὁ, ἡ, valde prudens. Ex eod. & φρήν.

Περισσῶς, seu περιττῶς, Adv. copiose, eximie, egregie, excellenter: valde vehementer, singulari arte, & peculiari quodam modo. Gl. V. abunde, abundanter. A περισσός.

Περίσσωμα, v. περίττωμα.

Περίσσωσις, seu περίττωσις, εως, ἡ, idem quod περίττωμα, ubi v.

Περισταδὸν, Adv. circumstando, circumcirca. A περιΐσταμαι.

Περιστάζω, destillo, irroro.

Περισταλτικός, ή, όν, contrahendi vim habens, adstrictorius. item quod valet concoquere & in aliam formam naturamque mutare. A περιστέλλω.

Περιστάσιμος, ου, ὁ, ἡ, qui magna frequentia celebratur. A sq.

Περίστασις, εως, ἡ, circumstantia. 2) corona, i. e. turba circumfusa & circulum efficiens. 3) casus adversus, incommodum, periculum. 4) eventus, vicissitudo. 5) occasio. 6) præsens status rerum, & conditio. 7) ambitus. 8) circumpositio. 9) apparatus, supellex, instrumentum. 10) magna rerum agendarum turba circumstans & urgens te. A περιΐσταμαι.

Περιστατέω, ῶ, f. ήσω, circumsto. pass. circumdor a turba. A περίστατος.

Περιστατικός, ή, όν, circumstans, ad eventa s. loca, tempora &c. pertinens. Unde περιστατικά, circumstantiæ temporum & locorum. 2) adversus, calamitosus, minus secundus. Ab eod.

Περιστατικῶς, Adv. commemorandis circumstantiis. A pr.

Περίστατος, ου, ὁ, ἡ, quem circumstant homines, corona cinctus. Subst. ὁ, locus altus. A περιΐσταμαι.

Περισταυρόω, ῶ, f. ώσω, vallis seu palis in terra defixis munio.

Περισταύρωμα, ατος, τὸ, munimentum e vallis. vallum. A pr.

Περισταχυώδης, εος, ὁ, ἡ, ad similitudinem spicarum circumdans.

Περιστεγανός, όν, bene tectus.

Περιστέγω, circumtego, munio.

Περιστείχω, f. ξω, circumeo, seu in orbem eo.

Περιστέλλω, cooperio, contego, obvolvo, circumcirca involvo. 2) compono decenter, orno, in primis cadaver mortui hominis. 3) comprimo, coarcto. 4) comprehendo, complector. 5) curo, ne quid incommodi alicui accidat.

Περιστενάζω, f. άξω, ingemisco.

Περιστεναχίζομαι, f. ίσομαι, idem.

Περιστένω, circumcirca vel majorem in modum gemo. 2) circumcirca resono. 3) undique arcto.

Περίστεπτος, ον, devinctus, ut corona, diademate. &c. A στέφω.

Περιστερὰ, ᾶς, ἡ, columba.

Περιστερεὼν, ῶνος, ὁ, columbarium, Gl. Vet. locus, in quo columbæ aluntur. 2) herba quædam. A pr.

Περιστερίδιον, ου, τὸ, parvula columba. 2) vel pullus columbinus, pipio. Dim. ab eod.

Περιστέριον, ου, τὸ, pullus columbinus, pipio. 2) herba quædam. Ab eod.

Περιστέρνιον, ου, τὸ, pars corporis, quæ pectus cingit, seu præcordia. A στέρνον.

Περιστεροειδὴς, έος, ὁ, ἡ, columbini generis. Ex περιστερὰ & εἶδος.

Περιστερὸς, οῦ, ὁ, columbus. A περιστερά.

Περιστεροτροφεῖον, ου, τὸ, locus, in quo columbæ aluntur. Ex eod. & τρέφω.

Περιστερώδης, εος, ὁ, ἡ, columbaris. Ab eod.

Περιστεφανόω, ῶ, f. ώσω, corona redimio. 2) cingo, circumdo.

Περιστεφὴς, έος, ὁ, ἡ, corona redimitus. 2) septus, cinctus velut serto. A sq.

Περιστέφω, f. ψω, corona redimio. 2) circumdo, circumtego.

Περιστήθιος, ου, ὁ, ἡ, qui pectus ambit seu circumdat. τὸ περιστήθιον, ου, fascia pectoralis, pectorale, Pontificis gestamen, ap. Ebr. A στῆθος.

Περιστηρίζω, undique fulcio, firmo.

Περίστια, ων, τὰ, lustratio. A π. & ἱστία. (pro περιίστια. nisi est potius a περὶ & στάω, quia concio lustranda sacerdotem circumstabat, a quo erat aqua piaculari perspergenda.)

Περιστίαρχος, ου, ὁ, lustrationi præfectus, s. qui lustrationem publicam peragit. E pr. & ἀρχός.

Περιστίζω, f. ίξω, notis compungo, punctis distinguo. 2) colloco globum hominum, ut servorum, circa labrum v. c. in orbem, Herodot.

Περίστικτος, ου, ὁ, ἡ, notis compunctus, maculosus. A pr.

Περιστίλβω, fulgeo. Gl. V. radio, præfulgeo.

Περιστιχάομαι, ῶμαι, circumambulo, circumeo.

Περιστλεγγίζω, destringo circumcirca strigile.

Περι-

Περιστοιχίζω, περιστοιχίζομαι, cingo, circumdo.
Περίστοιχος, ου, ὁ, ἡ, ordinibus distinctus vel in quincuncem dispositus.
Περιστολάδην, *Adv.* circumcirca tegendo. A sq.
Περιστολή, ῆς, ἡ, obvolutio: vestis. A περιστέλλω.
Περιστόμιον, ου, τό, lingulæ locus in gutture. 2) pinguedo, arvina. 3) cutis duplicatio ob pinguedinem. 4) ora seu limbus. Gl. Vet. rictus. item, puteal, Philox. A στόμα.
Περίστομος, ου, ὁ, ἡ, qui circum os est, os ambiens. Ab eod.
Περιστοναχέω, idem quod seq.
Περιστοναχίζω, circumcirca gemo. 2) undique repleor & reboo gemitibus. 3) refertus sum & distentus multitudine rerum.
Περίστοον, τό, porticus. A στοά.
Περιστορέω, sterno, substerno. E π. & στορέω.
Περιστρατοπεδεύω, -ομαι, f. εύσομαι, castris seu exercitu cingo, circumsideo, obsideo.
Περιστρέφω, f. ψω, circumago, in orbem verto, circumverto. Gl. V. intorqueo.
Περιστροφάδην, *Adv.* circumagendo, in orbem vertendo. A pr.
Περιστροφή, ῆς, ἡ, conversio, convolutio, rotatio. 2) conversatio. Ab eod.
Περιστροφίς, ίδος, ἡ, qs. volutorium, instrumentum, quo utimur ad æquandas aridorum mensuras, radius. 2) lignum, quo aliquid, ut torcular, aut simile quid circumagitur. A στροφή.
Περίστροφος, ὁ, ἡ, qui circumagitur, vel circumagi potest. 2) pars retis, quæ & περίδρομος. Xenoph. Ab eod.
Περίστρωμα, ατος, τό, stragulum, Philox. vestis stragula. περιστρώματα, ων, τά, aulea & tapetia, quibus triclinia & lecti torique sterni solent. 2) circumvallationes.
Περιστρωφάω, ῶ, circumverto, circumago.
Περίστυλον, τό, locus columnis cinctus, porticus, Gl. Vet. columnatum. A sq.
Περίστυλος, ου, ὁ, ἡ, circumcirca columnatus; columnis cinctus.
Περιστυφελίζω, περιστυφελίζομαι, duriter aspereque tracto, adfligo; comminuo.
Περίσῳον, ου, τό, vitiose pro περίστοον. Philox. atrium.
Περισυλάω, ῶ, f. ήσω, dispolio, spoliando & depeculando detraho, compilo. Gl. V. expilo, compilo.
Περισυνέχω, contineo.
Περισύρω, ab omni parte traho, in diversum traho, distraho. 2) divello, lacero. 3) vexo, diripio. 4) obtrecto, probris & conviciis lædo. Gl. V. vexo, lacero.
Περισφαιρηδὸν, *Adv.* in globi vel pilæ modum, ut simplex.
Περισφαλὴς, έος, ὁ, ἡ, lubricus, in quo facile sit labi. A σφάλλω.
Περισφάλλομαι, oberro, labor, vagor, pecco.
Περισφαραγέω, ῶ, f. ήσω, circumstrepo.
Περίσφακτος, ου, flebilis, lamentabilis, Hes. (nisi leg. est περισφάρακτος.)
Περισφάκτως, *Adv.* flebiliter. A pr.
Περισφηνόω, ῶ, f. ώσω, obstruo, veluti cuneo, obturo.
Περισφίγγω, fut. ξω, constringo, coerceo, complector arcte, ut discedere nequeat.
Περισφύριον, ου, τό, fascia, qua malleoli pedis solent cingi. 2) ligamen, quod cruribus circumdatur. A σφυρόν.
Περισφύριος, ου, ὁ, ἡ, talos cingens. Ab eod.
Περίσφυρος, ου, ὁ, ἡ, idem. Hinc περίσφυρον, ου, τό, fascia, qua malleoli cingi solent. Philox. talare. Ab eod.
Περίσχεσις, εως, ἡ, est verbum militare, diciturque, si quis ab hostibus undique cirumventus est. A περιέχω. v. περίσχεσις.
Περίσχετος, ου, ὁ, ἡ, implicatus, circumdatus. Ab eod.
Περισχιδὴς, έος, ὁ, ἡ, in medio fissus, in duas partes dissectus. item sectus, fissus. περισχιδεῖς, calcei secti & fissi. A sq.
Περισχίζω, f. ίσω, divido, divortium facio, de fluminibus, discindo, diripio, ut περιῤῥήγνυμι.
Περισχοινίζω, f. ίσω, fune circumdo & sepio, funem prætendo.
Περισχοίνισμα, ατος, τό, diremtio, seu separatio per funiculum, s. funis prætensus. A pr.
Περισώζω, f. ώσω, incolumem servo, conservo.
Περισωρεύω, f. εύσω, aggero, cumulo, coacervo. 2) cumulis obruo.
Περισωφρονέω, valde sapio, prudenter ago, Hes.
Περισώφρων, ονος, ὁ, ἡ, admodum temperans.
Περιταινία, tænia, fascia undique cingens.
Περιτέμνω, & περιτέμνομαι, succido. 2) adimo, privo. 3) idem quod περιελαύνω, ap. Hom.
Περίτασις, εως, ἡ, obtentus. 2) vehemens & valida distentio. A περιτείνω.
Περιταφρεύω, f. εύσω, fossa seu vallo munio. 2) murum duco, muro circumdo.
Περιτείνω, intendo, obtendo. 2) valde extendo. Philox. distendo.
Περιτειχίζω, f. ίσω, muro circumdo seu cingo castra, urbem hostium, circumvallo. perfect. part. pass. περιτετειχισμένος, muro circumdatus, vallatus.
Περιτείχισις, εως, ἡ, munitio per murum. A pr.
Περιτείχισμα, ατος, τό, murus seu munitio locum ambiens. Ab eod.
Περιτειχισμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eodem.
Περίτειχος, εος, τὸ, propugnaculum. A τεῖχος.
Περιτελέω, perficio.
Περιτέλλομαι, circumvolvendo seu circumvertendo perficio orbem, unde anni περιτελλόμενοι, i. e. exacti. 2) dicitur & de ortu siderum, quod in eo orbis circumactio intelligitur.
Περιτέμνω, f. τεμῶ, amputo, circumcido. περιτετμημένος, circumcisus, perf. part. pass. *Medium* dicitur, ut περιτέμνομαι, ereptum alteri, ut agrum, callidis artibus mihi arrogo.
Περιτενὴς, έος, ὁ, ἡ, valde contentus, contentissimus & rigidissimus. 2) undique intentus, ut περίτονος. A περιτείνω.
Περιτερμονίζω, f. ίσω, tego. A τέρμων.
Περιτέρμων, ον, finiens undique, ambiens. A τέρμα.
Περιτέχνησις, εως, ἡ, machinatio, dolus. 2) sollertia. qs. a περιτεχνάομαι.
Περιτήκω, f. ξω, colliquefacio.
Περίτηξις, εως, ἡ, liquatio. A pr.
Περιτίθημι, circumpono, circumdo, appono, impono, ut personam: addo, ut formam, pulcritudinem, vestem. περιτίθεμαι, assumo, induo. Gl. V. tribuo alicui aliquid, ut ab eo gestum, actum &c. item mando.
Περιτίλλω, convello, evello.
Περιτιμήεις, ήεσσα, ῆεν, admodum honoratus.
Περιτιταίνω, circum extendo.
Περιτιμάω, f. ήσω, vehementer honoro, colo.
Περίτμημα, τος, τό, frustum, segmentum. A περιτέμνω.
Περιτομεὺς, έως, ὁ, qui circumcidit. 2) scalper exciso-

excisorius, quo sutores coria circumcidunt. Ab eod.

Περιτομή, ῆς, ἡ, circumcisio. 2) in N. T. Judæi, quia circumcisi. Ab eod.

Περίτομος, ον, undique abruptus s. præruptus, de monte. 2) circumcisus, recutitus, Philox. Ab eod.

Περιτόναιος, sive περιτόνειος, aut περιτόνος, circumtentus, obtentus. τὸ περιτόναιον, vel περιτόνειον, membrana totum ventrem interiorem continens, intestinis circumtentum. subaudi δέρμα. A περιτείνω.

Περίτονος, ον, tectus, inductus, v.c. pelle tenta per omnes partes, ut in scuto, tympano. Ab eod.

Περιτοξεύω, sagittis (undique) configo.

Περιτορνεύω, torno, rotundum facio, rotundo.

Περίτρανος, ου, ὁ, ἡ, perspicuus, manifestus.

Περιτρανῶς, *Adv.* perspicue. A pr.

Περιτραχήλιος, ου, ὁ, ἡ, collo circumdatus, collum cingens. Hinc τὸ περιτραχήλιον, ου, τὸ, collare. E π. & τράχηλος.

Περιτρέμω, contremisco, vibror.

Περιτρέπω, f. ψω, circumago. 2) circumactu everto & percello. 3) converto, transfero. 4) in errorem induco. 5) induco, impello, redigo. Gl. Vet. περιτρέπομαι, titubo, vertigine laboro, percellor.

Περιτρέφω, undique conglacio. περιτρέφομαι, undique conglacior, congelo, frigore cogor, coeo, coalesco, ut lac in caseum.

Περιτρέχω, circumcurro, currens obeo. 2) eleganter, cum Dat. in aliqua re (dicendo) se efferre. jactare.

Περιτρέω, circum trepido.

Περίτρητος, ου, ὁ, ἡ, ubique pertusus.

Περιτριβής, έος, ὁ, ἡ, obtritus, attritus. A seq.

Περιτρίβω. obtero, contundo.

Περίτριμμα, ατος, τὸ, homo rei alicujus tractatione velut tritus. περίτριμμα ἀγορᾶς, circumforaneus: item subbasilicanus, forensis. A pr.

Περιτριχόομαι. ἕλκος περιτετριχωμένον, ap. Poll. ulcus in capite, aut alia pilosa corporis parte.

Περιτρομέω, contremisco. A sq.

Περίτρομος, ου, ὁ, ἡ, totus tremefactus, toto corpore contremiscens. Gloss. Vet. tremebundus. A περιτρέμω.

Περιτρόμως, *Adv.* trepide. A pr.

Περιτροπάδην, *Adv.* circumagendo, cursim, celeriter, strenue. A περιτροπή.

Περιτροπέων, *Jon.* pro περιτροπῶν, revertens, qs. a περιτροπάω. Reperitur & περιτροπεύων. Hes.

Περιτροπή, ῆς, ἡ, vicissitudo, cum quid per vices & in orbem fit. ἐκ περιτροπῆς, per vices. cum tempus statum revertitur. ἐν περιτροπῇ, idem. 2) circuitus, seu circuitio. Ab eod.

Περίτροπος, vertigo. Hes. Ab eod.

Περιτρόχαλος, ου, ὁ, ἡ, orbiculatus, rotundus. περιτρόχαλα, genus tonsuræ, cum in orbem tondetur caput, solo in vertice relicta coma.

Περιτροχάω, ῶ, circumcurro.

Περίτροχος, ου, ὁ, ἡ, circumcurrens, in orbem currens. 2) orbiculatus, rotundus. A περιτρέχω.

Περιτρώγω, rodo, ambedo, peredo, obrodo, Gl. V.

Περιττὸς, περιττῶς, περιττόω, & cetera vid. in περισσ.

Περίττωμα, ατος, τὸ, excrementum, fæces vini, & quidquid in corpore redundat, & vel ejiciendum vel resecandum est. A pr.

Περιττωματικὸς, ἡ, ὸν, excrementis abundans, vel ad excrementa pertinens. 2) cui excrementa insunt, ut vesica, alvus &c. A pr.

Περιτυγχάνω, incido, in utramque partem, forte reperio, nanciscor. περιέτυχον, incidi, nactus sum. περιτυχὼν, adeptus.

Περιτύκω, præparo, cædo, sc. saxum, materiam, cæmentum, ut aptum fiat ædificationi.

Περιτύμβιος, ου, ὁ, ἡ, sepulcralis, funebris, quod versatur circa tumulos. A τύμβος.

Περιτυμπανίζω, f. ίσω, tympanorum pulsu circumstrepo. 2) fustibus cædo.

Περιτυχής, έος, ὁ, ἡ, qui incidit in aliquid, consequitur quid. A περιτυγχάνω.

Περιυβρίζω, f. ίσω, injuria & contumelia adficio, vexo.

Περιυπνίζω, expergiscor, Philox. περιυπνίσατε, expergiscimini.

Περιυφαίνω, obtexo, Gl. V.

Περιύω, circumcirca pluo. pass. περιύεσθαι, circumplui.

Περιφάγω, arrodo, corrodo, ambedo.

Περιφανής, έος, ὁ & ἡ, conspicuus, lucens. A φάω.

Περιφαίνομαι, undique conspicuus sum, conspicior.

Περιφάνεια, ας, ἡ, prospectus. 2) perspicuitas, evidentia. A sq.

Περιφανὴς, έος, ὁ, ἡ, conspicuus, conspectui expositus. *Comp.* περιφανέστερος. 2) de sigillo in poculis, aut aliis vasis, quod totum est extra vas, & extrinsecus adfixum, opp. ἐμπαιστός. 3) illustris, nobilis, Gl. V. A περιφαίνομαι.

Περίφαντος, ου, ὁ, ἡ, undique conspicuus, valde conspicuus & apertus. Ab eod.

Περιφανῶς, *Adv.* aperte. Philox. evidenter, clare, perspicue. A περιφανής.

Περίφασις, εως, ἡ, conspectus, prospectus, liber, apud Polyb. A περιφαίνομαι.

Περιφέγγεια, ας, ἡ, splendor magnus. A seq.

Περιφεγγὴς, ές, valde splendens. A φέγγος.

Περιφείδομαι, f. σομαι, parco.

Περιφέρεια, ας, ἡ, rotunditas, rotunda forma. Philox. circulus, convexitas. περιφέρεια θαλάσσης, margo. A seq.

Περιφερὴς, έος, ὁ, ἡ, orbicularis, rotundus. 2) versatilis, rotatilis. Gl. V. convexus, devexus, teres. 3) περιφερέες dicti juvenes, qui virgines Hyperboreorum in Delum comitabantur, Herodot. scribitur & πορφερέες. A περιφέρω.

Περιφερόγραμμος, ου, ὁ, ἡ, lineam unam habens circumcurrentem, & in se redeuntem, ut circulus. Ex eod. & γραμμή.

Περιφέρω, f. περιοίσω, circumfero, mecum fero, in comitatu meo fero. 2) circumago & eodem revolvo. 3) redigo in *vel* ad. 4) in errorem induco, perturbo. 5) περιενεγκεῖν etiam est, qui ad se rediit, recepit se. περιφέρομαι, circumferor, etiam sermone, fama, unde τὰ περιφερόμενα, divulgata. Gl. V. vagor, palor. περιενεχθεὶς, aor. 1. part. pass. circumlatus.

Περιφεύγω, effugio, evado & superstes sum. Gl. V. defugio, detrecto, tergiversor.

Περίφημος, ον, famosus, clarus. A φήμη.

Περιφήτης, ου, ὁ, qui clava in pugna utitur. A φάω.

Περιφθάνω, prævenio. περιφθὰς, aor. 2. part. prætervectus.

Περιφθείρομαι, minuor, penitus corrumpor & pereo. 2) pediculos colligo, Hesych. A φθεῖρα, vel φθείρ.

Περιφθινύθω, corrumpor, conficior, pereo.

Περιφιλέω, valde diligo.

Περιφλεγής, έος, ὁ, ἡ, ardens. A seq.

Περιφλέγω, f. ξω, aduro, vehementer uro.

Περι-

Περιφλεγῶς, *Adv.* ardenter, vehementi ardore. A περιφλεγής.
Περιφλεύω, f. εύσω, amburo, aduro. περιπεφλευσμένος, ambustus, perf. part. pass. Herodot. A περιφλύω.
Περιφλιδάω, rugas contraho. περιφλιδῶσαν, part. pro περιφλιδῶσαν, περιφλιδάουσαν.
Περιφλοίζω, decortico.
Περιφλοισμός, ῦ, ὁ, decorticatio, corticis detractio. A praec.
Περίφλοιος, ε, ὁ, ἡ, decorticatus, delibratus.
Περιφλύω, valde nugor. 2) amburo.
Περιφοβέομαι, ῦμαι, pertimesco, paveo, Gl. V.
Περίφοβος, ε, ὁ, ἡ, metu vehementi perculsus, pertrepidus. Gl. V. trepidus, pavens.
Περιφόβως, *Adv.* trepide, metu vehementi, perculso animo. A pr.
Περιφοιτάω, ῶ, f. ήσω, circumeo, inambulo.
Περιφοίτησις, εως, ἡ, circumcursio, peregrinatio, vagatio. A pr.
Περίφοιτος, ε, ὁ, ἡ, qui circuit, peregrinatur, vagatur. Ab eod.
Περιφορά, ᾶς, ἡ, circumlatio, circumactio, circumvectio. 2) ferculorum missus, qui conviviis apponuntur, aut singulis convivis, aut quaternis. 3) ambitus. 4) conturbatio, distractio, alucinatio. 5) error, vagatio. A περιφέρομαι. v. περιφέρεσθαι.
Περιφοράδην, *Adv.* circumagendo & quasi in orbem transferendo & circumducendo: de incessu boum, qui pedes anteriores non recta movent; item de luxatis. A pr.
Περιφορέω, circumfero, circumago. 2) aggero, Gl. Vet.
Περιφόρημα, ατος, τὸ, ferculum, Gl. V. A pr.
Περιφορητικός, ὀν, pervulgatus, omnium sermone tritus. Ab eod.
Περιφορητός, ἡ, ὀν, vagus. 2) clarus, sapiens. Ab eod.
Περίφορος, ε, ὁ, ἡ, circumactus, qui in transversum rapitur. A περιφέρομαι.
Περίφορτος, ε, ὁ, ἡ, onustus. A φόρτος.
Περίφραγμα, ατος, τὸ, septum, quo quid circumdatur, sepes, murus, vallum &c. A περιφράσσω.
Περιφραδέως, *Adv.* scite, perite, seu rite, it. caute. A seq.
Περιφραδής, έος, ὁ, ἡ, scitus, peritus. A seq.
Περιφράζω, f. άσω, circumloquor, circumloquendo eloquor. 2) considero, perpendo, *in med.*
Περίφρακτος, ε, ὁ, ἡ, circummunitus, circumseptus. A περιφράσσω.
Περίφραξις, εως, ἡ, idem quod περίφραγμα. Ab eod.
Περίφρασις, εως, ἡ, periphrasis, circumlocutio. A περιφράζω.
Περιφράσσω, -ττω, f. ξω, circumsepio, circumvallo. περιφράττειν, obstipare.
Περιφραστικός, ἡ, ὀν, quod circumscribendo effertur.
Περιφραστικῶς, *Adv.* per circumlocutionem. A pr.
Περιφρίττω, perhorresco.
Περιφρονέω, ῶ, f. ήσω, contemno, despicio. 2) accurate cogito, contemplor. A περίφρων.
Περιφρόνησις, εως, ἡ, contemtus, despicientia. 2) accurata cogitatio. A pr.
Περιφρουρέω, ῶ, f. ήσω, custodia cingo. 2) cingo tamquam custodia aut praesidio.
Περιφρύγω, f. ξω, torrefacio, undique torreo.
Περίφρων, ονος, ὁ, ἡ, prudens, sapiens, cordatus. 2) valde prudens, valde sapiens. 3) contemtor, superbus. A φρήν.

Περιφυής, έος, ὁ, ἡ, inhaerens alicui, humilis. A περιφύομαι.
Περιφυλάσσω, -ττω, f. ξω, undique custodio.
Περίφυμαι, amplector, agnatus sum, adhaereo, inhaereo, coalui. περιφύς, adhaerens, aor. 2. part. A φύμαι.
Περιφύρω, περιφύρει, perturbat, Phil.
Περιφυσάω, valde inflo.
Περιφύσητος, ον, valde inflatus. A pr.
Περίφυσις, εως, ἡ, incrementum vel coalitus in ambitu. A περιφύομαι.
Περιφυτεύω, obsero, Gloss. Vet. consero, circa planto.
Περίφυτος, ε, ὁ, ἡ, circa satus, undique consitus. A pr.
Περιφύω, f. ύσω, p. περιπέφυκα, agnascor, circa nascor. 2) excresco.
Περιφωνέω, ῶ, circumsono, resono.
Περίφωρος, ε, ὁ, ἡ, manifestus, vel ut in manifesto flagitio aut facinore deprehensus. A φώρ.
Περιφωτίζω, f. ίσω, illumino.
Περιχαίνω, inhio. 2) inhians devoro. 3) devoro, deglutio. Perf. περικέχηνα.
Περιχαίρω, summopere laetor.
Περιχαλάω, ῶ, dissolvo, demitto, relaxo.
Περιχαλινόω, ῶ, f. ώσω, freno.
Περίχαλκος, ον, aere obductus.
Περιχαλκόω, ῶ, f. ώσω, aere obduco.
Περιχαρακόω, ῶ. f. ώσω, vallo munio, aggere cingo. Gl. V. obvallo, circumvallo.
Περιχαρακτήρ, ῆρος, ὁ, scalpellum, quo dentes scarifantur. A περιχαράσσω.
Περιχαρακτικός, ἡ, ὀν, habens vim circumscribendi & emarginandi. Ab eod.
Περιχάραξις, εως, ἡ, circumscriptio. Gl. Vet. circumductio. Ab eod.
Περιχαράσσω, & περιχαράττω, f. ξω, circino, & circino circumscribo: dicitur de scriptura litterarum, in quibus vel totus vel dimidius circulus exprimitur ut O. P. 2) scarifo & circumcirca incido.
Περιχάρεια, & περιχαρεία, ας, ἡ, summa & immoderata laetitia. A seq.
Περιχαρής, έος, ὁ, ἡ, supra modum laetus, magno gaudio elatus. A περιχαίρω.
Περιχαρῶς, *Adv.* ingenti gaudio. A pr.
Περιχάσκω, hio, os late diduco.
Περιχειλέω, ῶ, f. ήσω, labro circumdo. 2) ad labia usque plenus, i. e. valde satiatus sum.
Περιχειρίδιον, τὸ, Dim. a seq.
Περιχείριον, τὸ, ψέλλιον, Gl. V. armilla. περιχείρια, viriolae, armillae, Philox. A seq.
Περιχείριον, ε, τὸ, ornamentum, quod brachio vel manui apponitur. περιχείρια, armillae. A χείρ.
Περίχευμα, ατος, τὸ, circumfusum, seu circumcirca adfusum.
Περιχεύω, & περιχέω, f. εύσω, circumfundo. 2) perfundo.
Περιχθών, όνος, ἡ, quae circum est terra vicina.
Περιχλαινίζω, laena induo, bene tego adversus frigus &c. A χλαινίς.
Περίχολος, ε, ὁ, ἡ, biliosus, bile perfusus. 2) iracundus, stomachosus. A χολή.
Περιχορεύω, f. εύσω, salto seu tripudio circum. 2) circumvagor.
Περιχορίζω, strenue salto, de saltatione ἀσπαλίῳ. Hes. A χορός.
Περιχρήματος, ε, ὁ, ἡ, admodum pecuniosus, praedives. A χρήματα.
Περίχρισις, εως, ἡ, inunctio.

Περι-

Περίχριστος, ου, ὁ, ἡ, circumlitus. 2) qui circumlini solet aut potest.

Περιχρίω, f. ίσω, illino, oblino, perungo.

Περίχρυσος, ου, ὁ, ἡ, aureus. a) inauratus.

Περιχρυσόω, f. ώσω, deauro, auro induo. περικεχρυσωμένος, inauratus, perf. pass. part.

Περιχύδην, Adv. undique affundendo. Hipp. A περιχύω.

Περίχυμα, ατος, τὸ, circumfusum. Ab eod.

Περιχυτήριον, perfusorium, Gl. V. Ab eod.

Περιχύτης, ου, ὁ, perfusor. Ab eod.

Περιχύω, circumfundo. a) offundo. περιχυθείς, circumfusus, part. pass. aor. 1. περικεχυμένος, circumfusus, perf. part. pass.

Περιχωννύω, aggere circumdo.

Περιχωρέω, ῶ, f. ήσω, cedo. a) per circuitum redeo. 3) commisceor. 4) metior.

Περιχώρησις, εως, ἡ, cessio in exitu rei. a) reditus per circuitum. 3) vox ecclesiastica, de conjunctione personarum in divinitate, & divinæ naturæ cum humana in Jesu. A pr.

Περίχωρος, ου, ὁ, ἡ, circumjacens, finitimus, vicinus. Gl. Vet. territorium.

Περιψαύω, f. αύσω, tango, comprehendo.

Περιψάω, ῶ, f. ήσω, abstergo, deleo.

Περίψεκτος, ον, quod esset, valde reprehendendus, vitiose reperitur in libris pro περίψυκτος, ubi v.

Περίψημα, ατος, τὸ, sordes & purgamenta detersa, detrita. Gl. Vet. scobs. a) de homine, qui alias περικάθαρμα, ubi v. in quo peccata & crimina totius populi, velut in sudario aut panno quodam, aut piaculi capite, absterguntur & espurgantur. A περιψάω.

Περίψηφος, ου, ὁ, calculator, ratiocinator.

Περιψήχω, rado vel frico, strigili utor.

Περιψιθυρίζω, circumsono, circumstrepo, circumsibilo.

Περιψιλόω, ῶ, f. ώσω, circumcirca nudo, dispolio.

Περιψίλωσις, εως, ἡ, nudatio, spoliatio. A pr.

Περιψοφέω, ῶ, f. ήσω, obstrepo, circumstrepo.

Περίψυκτος, ου, ὁ, ἡ, refrigeratus, frigidus, recreatus, refectus, ut homo, cui nimius æstus spirandi facultatem ademit, ad vitam revocatur frigido ventulo admisso. 2) qui refrigerari potest. 3) valde amabilis. Epith. v. c. pulcritudinis. A περιψύχω.

Περίψυξις, εως, ἡ, refrigeratio, refrixio, Gl. V. frigus ipsum, qua sentitur, recreatio, refectio. Ab eod.

Περίψυχρος, ου, ὁ, ἡ, frigidus, Gl. Vet.

Περιψύχω, f. ξω, perfrigero, refrigero. a) foveo, recreo. 3) oblecto.

Περιωδευμένως, Adv. circuitu & circumductione per ambages, in orbem. A περιοδεύω.

Περιῳδέω, ῶ, incantamentis & magica arte circumvenio & obtundo. Ab ᾠδή.

Περιωδυνάω, ῶ, f. ήσω, dolore omni ex parte crucio. 2) vehementem seu gravem dolorem facio. περιωδυνάομαι, ῶμαι, crucior, perdoleo.

Περιωδυνέω, ῶ, & περιωδυνάω, valde doleo.

Περιωδυνία, ας, gravis dolor. A seq.

Περιώδυνος, ου, ὁ, ἡ, qui vehementer dolet. Ab ὀδύνη.

Περιωδύνως, Adv. gravi cum dolore. A pr.

Περιωθέω, ῶ, -έομαι, f. ήσω, trudo vel vexo, per injuriam trudo aut vexo in omnem partem, ut loco non sinam consistere. a) negligo, contemno.

Περιωθίζω, f. ίσω, idem.

Περιώμιον, ου, τὸ, supparus, Gl. Vet. A seq.

Περιώμιος, ου, ὁ, ἡ, humeros tegens, ambiens. E π. & ὦμος.

Περιώνυμος, ου, ὁ, ἡ, cujus nomen nobilitatum est & clarum. E π. & ὄνομα.

Περιωπή, ῆς, ἡ, circumspectio, i. e. ipsa circumspiciendi actio, cura. a) locus, e quo circumjacentia oculis lustrari queunt, specula. A περιόπτομαι.

Περιωπός, ὸς, conspicuus. A pr.

Περιώσιος, ου, ὁ, ἡ, sanctissimus, eximius, vel modum superans: item numerosus. Adv. περιώσιον, magnopere, valde. Ab ὄπος.

Περίωσις, εως, ἡ, vexatio. A περιωθέω.

Περιωτειλόω, cicatricem obduco. Ab ὠτειλή.

Περκάζω, f. άσω, nigresco, maturescere incipio, vario, varior, de uvis. A πέρκος.

Περκαίνω, variego. Ab eod.

Πέρκη, vel πέρκα, perca, piscis, Gl. V.

Περκίς, ίδος, ἡ, idem & ab eod.

Περκίδιον, Dim. ejusd.

Περκνόπτερος, ου, ὁ, ἡ, alas habens nigris distinctas maculis. E seq. & πτερόν.

Περκνός, ή, όν, niger, nigris distinctus maculis, varius.

Πέρκος, idem.

Πέρκωμα, & πέρκνωμα, τος, τὸ, varietas coloris in uvis maturescentibus & aliis rebus, qs. a περκόω, vel περκαίνω.

ΠΕ'ΡΝΑ, ης, ἡ, perna, petaso.

Πέρναμαι, vendor. A πέρνημι.

Περνάω, in longinquam regionem venum exporto. a) vendo. πέρνασκ' pro ἐπέρνασκε, imperf. Ion. A περάω.

Πέρνημι, vendo. part. περνάς, vendens.

Περόναμι, Dor. pro περόνημι.

Περονάω, ῶ, f. ήσω, fibula subnecto, fibulo. 2) trajicio veluti fibula. A περόνη.

Περόνη, ης, ἡ, fibula, Gl. V. subula, Phil. acicula, Gl. V. A πείρω, transfixo, trajicio.

Περόνημα, ατος, τὸ, opus acu factum. a) quodvis opus. A περονάω.

Περονήτις, & περονητρίς, ίδος, ἡ, peplum, vestis, quæ fibula ad pectus adnectitur. A περόνη.

Περονίς, ίδος, ἡ, fibula. Ab eod.

Περπερεία, vel περπερία, ας, ἡ, temeritas. 2) nimius cultus. 3) ostentatio. 4) adulatio. A seq.

Περπερεύομαι, effero me, jactationi aut vanæ ostentationi deditus sum. 2) perperam, temere loquor, ago. 3) blandior, adulor. A seq.

Πέρπερος, ου, ὁ, (unde Lat. *perperam*.) levis, temerarius, præceps, perperus, Philox. vanus, Gl. V. 2) arrogans, ostentator. 3) adulator. 4) garrulus, nugator.

ΠΕΡΣΕ'Α, ας, ἡ, persea, arbor.

Πέρσεια, ας, ἡ, idem.

Περσέπτολις, ιος, ὁ, ἡ, urbium vastator, s. vastatrix. E πέρθω & πόλις.

Περσεύς, έως, nomen piscis. Hes. etiam Πέρσος nomen item herois.

Περσέφασσα, ης, Περσεφόνεια, ας, & Περσεφόνη, ης, ἡ, Proserpina. A πέρθω & φόνος.

Πέρσης, ου, ὁ, Persa. a) nomen jactus in ludo tesserarum.

Περσίζω, f. ίσω, Persas imitor. 2) Persis faveo, Persarum partes sequor. A præc.

Περσικός, ή, όν, Persicus. Hinc ἡ Περσική, ῆς, sc. μηλέα, malus Persica: & τὸ Περσικόν, οῦ, scil. μῆλον

ma-

malum Perſicum. Περσικαὶ, ſc. ὑποδέσεις, calcei muliebres & molles, ſ. viles. Ab eod.
Πέρσις, εως, ἡ, vaſtatio, expugnatio. A πέρθω.
Περσὶς, ίδος, ἡ, Perſica, ut Περσὶς, ſcil. γῆ, Perſia. Περσὶς γυνὴ, Perſica muliet. Περσὶς χλαῖνα, læna Perſica. A Πέρσης.
Περσιστί, Adv. Perſarum more ſeu ritu. 2) Perſiea lingua. A Περσὶς, vel περσίζω.
Περσοδιώκτης, ου, ὁ, perſecutor & profligator Perſarum. E Πέρσης & διώκω.
Περσοκτόνος, ου, ὁ, occiſor Perſarum. Ex eod. & κτείνω.
Περσονομέομαι, οῦμαι, Perſarum legibus & ſub eorum imperio vivo. A ſeq.
Περσονόμος, ὁ, ἡ, Perſas regens, Perſicus, Perſici moris.
Πέρυσι, Adv. anno præterito, anno ſuperiori. 2) ante hac, ante hoc tempus.
Περυσίνος, ου, ὁ, ut περυσινὸς οἶνος, vinum anni ſuperioris. A præc.
Περυσινὸς, ή, όν, qui anni ſuperioris eſt. περυσινὸν, annotinum, Gl. Vet. Ab eod.
Περφερέες, v. περιφερής.
Πέσημα, ατος, τὸ, caſus, lapſus. 2) quod cecidit. Gl. Vet. caſura. A πίπτω.
Πέσκος, εος, τὸ, idem quod πέκος.
Πεσσευτήριος, ία, ιον, idem quod πεσσευτικός. A πεσσεύω.
Πεσσευτὴς, οῦ, ὁ, calculis ludens. Ab eod.
Πεσσευτικὸς, ή, όν, ad luſum calculorum pertinens, luſorius. 2) calculis ludendi peritus. A præc.
Πεσσεύω, ſeu πεττεύω, f. εύσω, calculis ludo. 2) transfero, muto. A πεσσός.
Πεσσονομέω, calculos luſorios diſpono. 2) ordino, diſpono. A ſeq. & νέμω.
ΠΕΣΣΟΣ, ſeu πεττὸς, οῦ, ὁ, & πεττὸν, τὸ, pl. πεττά, Sophocl. calculus ſeu ſcrupus luſorius. 2) ipſe ludus, & tabula ludi. 3) peſſus, ſeu lana concerpta, in qua pharmaca eacipiuntur.
Πέσσω, vel πέττω, f. ψω, eoquo, pinſo. 2) maturo. 3) concoquo, *proprie & tropice*, occulo, abditum & reconditum penes me teneo, donec matureſcat & perfectum ſit, ut χόλον πέσσειν, ſimultatem premere & celare ad opportunitatem vindictæ. 4) *ſæpe licet vertere* habeo, aecepi. πεπεμμένος, coctus, perf. paſſ.
Πετάζω, f. άσω, extendo, explieo. 2) tego. A πετάω.
Πέτακνον, ſive πέταχνον, ου, τὸ, poculum latum & tenue. Ab eod.
Πετάλειον, ου, τὸ, idem quod πέταλον.
Πεταλίζω, f. ίσω, folia decerpo. 2) folia emitto, germino. 3) foliis in urnam dejectis damno ac relego. A πέταλον.
Πεταλισμὸς, οῦ, ὁ, oſtraciſmus per folia. A pr.
Πέταλον, ου, τὸ, folium expanſum. 2) lamina, bractea. A πετάω.
Πεταλοποιὸς, οῦ, ὁ, bractearius, Gl. V. E pr. & ποιέω.
Πεταλουργὸς, οῦ, ὁ, idem. Ex πέταλον & ἔργον.
Πεταλώδης, εος, ὁ, ἡ, folio vel laminæ ſimilis. A πέταλον.
Πεταλωτὸς, ή, όν, idem. 2) *metaph.* vigens, florens.
Πέταμαι, vide πέτομαι, & ἵπταμαι.
Πετάννυμι, f. άσω, idem quod πετάω.
Πετασίτης, ου, ὁ, petaſi ſpeciem gerens. 2) planta quædam. A πέτασος.
Πέτασμα, ατος, τὸ, explicatio, extenſio. 2) velum. A πετάζω, v. παραπετ. & περιπετ.
Πέτασος, ου, ὁ, petaſus, galerus, tegmen capitis latum & eapanſum. 2) umbraculum, umbella. 3) ſpecies texturæ. 4) herba quædam. Gl. Vet. faſtigium. Ab eod.
Πετασώδης, ες, petaſi ſpeeiem gerens. A pr.
Πετάσων, ωνος, ὁ, petaſo, perna. Ab eod. a latitudine & explicatione carnium.
Πεταυρίζω, f. ίσω, alte petauro eaſilio, petauro ludo. A πέταυρον, ubi v. n. 3.
Πεταυρισμὸς, οῦ, ὁ, ludus petauriſtarum. 2) ludibrium de homine, ut cum petauro, vel ſuper tapete expanſo, ludibrii gratia, in auras exploditur: quod noſtri *prellen* dicunt, gallofranci *berner*. v. Libanii orat. ὑπὲρ τοῦ πίπτοντος. A præc.
Πεταυριστὴς, οῦ, ὁ, qui alte petauro exſilit, funambulus. Philox. cervulus. Ab eod.
Πέταυρον, ου, τὸ, pertica. 2) lignum aut aſſer, ſuper quo gallinæ dormiunt. Theocrit. 3) inſtrumentum quodlibet, in quo agilitatem corporis oſtentant, etiam funis alte tenſus. 4) genus laquei. εἰ ὁ. 5) profunditas. (fort. a μετὰ & αὔρα, quod ſublime pendet in nubibus, aut a μεταίρω.)
Πέταχνον, v. πέτακνον.
Πετάω, f. άσω, pando, explico. 2) aperio.
Πετεινὸς, pro ſeq.
Πετεινὸς, ή, όν, volucer. A πέτομαι.
Πέτευρον, ου, τὸ, idem quod πέταυρον.
Πέτομαι, & πέταμαι, item πετάομαι, πετῶμαι, volo. 2) rapido curſu feror.
Πέτρα, ας, ἡ, idem quod πέτρος.
Πετραῖος, αία, αῖον, ſaxatilis, inter petras ſeu ſaaa verſans. 2) in petroſis & ſaxoſis locis naſcens. A πέτρα.
Πετρηδὸν, Adv. in modum petræ. Ab eod.
Πετρήεις, ήεσσα, ῆεν, ſaaoſus, petroſus, lapidoſus. Ab eod.
Πετρηρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, petris conteetus, petroſus. E πέτρα & ἐρέφω.
Πετρίδιον, ου, τὸ, ſaaulum. 2) ſaaum, petra. Dim. a πέτρα.
Πέτρινος, ίνη, ινον, lapideus, ſaaeus. Ab eod.
Πετροβατέω, ῶ, f. ήσω, ſaxa ſcando. A ſeq.
Πετροβάτης, ου, ὁ, ſaaa ſcandens. E πέτρος & βαίνω.
Πετροβολέω, ſaxa jaculor. A πετροβόλος.
Πετροβολία, ἡ, ſaaorum jaculatio. Ab eod.
Πετροβολικὸς, ή, όν, lapides ejaculans. ὄργανον πετροβολικὸν, catapulta. A ſeq.
Πετροβόλος, ου, ὁ, ἡ, qui lapides ejaculatur, qui lapidibus petit, catapulta, ſc. καταπέλτης. A πέτρος & βάλλω.
Πετροκυλιστὴς, οῦ, ὁ, qui ſaxa & lapides devolvit. Ex eod. & κυλίω.
Πετροποιΐα, ας, ἡ, ſtructura e petris, ſtructura ſaxea. Ex eod. & ποιέω.
Πετρορριφὴς, ὁ, ἡ, e petra præcipitatus. Ex eod. & ῥίπτομαι.
Πετρόῤῥυτος, ου, ὁ, ἡ, per ſaxa tractus, aut e ſaxis demanans. A ῥέω.
Πέτρος, ου, ὁ, lapis, ſaxum.
Πετροσελινίτης, ου, ὁ, ut πετροσελινίτης οἶνος, vinum e petroſelino. A ſeq.
Πετροσέλινον, ου, τὸ, apium in locis petroſis & ſaxoſis naſcens.
Πετροτόμος, ου, ὁ, ἡ, lapides incidens vel ſecans. πετρότομος, rupi inciſus ſ. e lapide cæſus. E πέτρος & τέμνω.
Πετροφυὴς, έος, ὁ, ἡ, ſaxis adhæreſcens, in petris hærens, e ſcopulis enatum. Ex eod. & φύω.
Πετρόω, ῶ, f. ώσω, in lapidem vel ſaxum verto. 2) lapido. A πέτρος.

Πετρώδης, εος, ὁ, ἡ, petrofus, faxofus, lapidofus. Ab eod.

Πέτρωμα, ατος, τὸ, lapidatio, lapidum conjectus. A πετρόω.

Πετρόροφος, ου, ὁ, ἡ, lapidibus tectus. E πέτρα & ὄροφος.

Πεττεία, ας, ἡ, calculorum lufus. A feq.

Πεττεύω, idem quod feq. vel alcæ ftudio teneor. A præc.

Πεττάζω, vide πεσσεύω. πεττευτής, v. πεσσ.

Πέττω, pinfo, Gl. Vet. v. πέσσω.

Πεύθομαι, v. πυνθάνομαι.

Πευθὴν, ῆνος, ὁ, explorator, fcifcitator, emiffarius. Gl. Vet. mandator. 2) aufcultator. A πυνθάνομαι.

Πευκάλιμος, ίμη, ιμον, amarus. 2) triftis. 3) cautus, prudens, follers. A πεύκη, vel πύκα.

Πευκέδανον, ου, τὸ, & πευκέδανος, ου, ὁ, peucedanum, *herba quædam*. Ab eod.

Πευκεδανὸς, ἡ, ὸν, amarus. 2) exitiofus. A fq.

Πεύκη, ης, ἡ, *proprie* larix; pinus, picea, Gl. Vet. Philox. 2) quicquid e ligno tali fit, ut tæda, fax, codicilli &c. 3) Jofephus fic vocat lignum ex Ophir allatum, fed a vulgari πεύκη diverfum.

Πευκήεις, ήεσσα, ῆεν, e larice, pineus, pinifer. A præc.

Πεύκινος, ίνη, ινον, larignus, pineus, e pino arbore. Ab eod.

Πεῦσις, εως, ἡ, interrogatio, percontatio. A πυνθάνομαι.

Πευστήριον, ας, ὁ, inquifitio, interrogatio. Ab eod. πευστήρια, fœmina fedula percunctandi, aufcultandi, & rumores ultro citroque perferendi.

Πεύστης, ου, ὁ, percontator, Philox. Ab eod.

Πευστικὸς, ἡ, ὸν, ad percunctandum factus, f. aptus. A præc.

Πεφασμένως, *Adv.* aperte, palam. A φαίνομαι.

Πεφεισμένως, *Adv.* parce. Philox. parcius. A φείδομαι.

Πεφιλιππιδῶσθαι, (fic enim verum) macilentum redditum effe, contractum e πεφιλιππιδῶσθαι.

Πέφνω, occido, interficio. ἐπέφνομεν, occidimus. A φένω.

Πεφοβημένως, *Adv.* timide, cum trepidatione. A φοβεῖσθαι.

Πεφραγμένως, *Adv.* confertis ordinibus. A φράσσω.

Πεφροντισμένως, *Adv.* diligenter, accurate. A φροντίζω.

Πεφυλαγμένως, *Adv.* caute, circumfpecte, provide. A φυλάττω.

Πεφυρμένως, *Adv.* confufe, mixtim. A φύρω.

Πέψις, εως, ἡ, coctio, concoctio. A πέπτω.

Πεώδης, ες, bene vafatus. A πέος.

Πῆ, qui? qua ratione? 2) qua? 3) quo? πῆ, aliquatenus, quodammodo. Ab antiquo πός.

Πηγάζω, f. άσω, fcateo, fcaturio. 2) in modum fontis effundo. 3) aquis fcatere facio. A πηγή.

Πηγαῖος, αία, αῖον, fontanus, e fonte manans. Ab eod.

Πηγανίζω, f. ίσω, rutam imitor vel refero. A πήγανον.

Πηγάνιον, ου, τὸ, ruta, rutula. A feq.

Πήγανον, ου, τὸ, ruta, *herba*. A πήγνυμι.

Πηγανώδης, εος, ὁ, ἡ, rutaceus, i. e. ad rutam accedens, rutæ fimilis. A præc.

Πηγὰς, άδος, ἡ, glacies. 2) rupes. A πήγνυμι.

Πήγασος, ου, ὁ, Pegafus, alatus Perfei equus. A πηγή.

Πηγασίμαλλος, ου, ὁ, ἡ, habens vellus denfum. 2) villofus. E πηγνύω & μαλλός.

Πηγετὸς, οῦ, ὁ, glacies, gelu. A πηγνύω.

Πηγὴ, ῆς, ἡ, fons, fcatebra, feu aqua faliens. 2) *tropice*, cauffa. 3) anguli oculorum ad nares, fic quia funt fontes lacrimarum. 4) lacrimæ ipfæ apud poetas.

Πηγίδιον, ου, τὸ, fonticulus. Dim. pr.

Πήγιον, idem, Gl. Vet. Ab eod.

Πῆγμα, ατος, τὸ, concretum, glacies, coagmentum, *item* congelatio ipfa. 2) concinnatio, compofitio. 3) pegma, Gl. Vet. confixum. A πηγνύω.

Πηγματώδης, εος, ὁ, ἡ, concretus. A præc.

Πηγνύω, feu πήγνυμι, f. ξω, compingo, compingendo ftruo & fabricor, ftruo. 3) concrefcere facio, congelo, cogo, coagmento. 4) pango, figo, defigo, infigo. πήγνυμαι, hæreo, figor, dirigeo, Gl. Vet. πήγνυται, gelat, Phil.

Πηγόῤῥυτος, ου, fontanus, e fonte emanans. E πηγὴ, & ῥέω.

Πηγὸς, ἡ, ὸν, bene compactus & compofitus, ftabilis, immobilis, unde Lat. *piger*. 2) niger. 3) albus feu niveus, qualis eft glaciei color. A πηγνύω.

Πηγυλὶς, ίδος, ἡ, glacialis. 2) gelu, glacies. Ab eod.

Πηδὰ, τὰ, *per Apocop.* pro πηδάλια. v. fequ. item πηδός.

Πηδάλιον, ου, τὸ, gubernaculum, feu clavus navis. A πηδός.

Πηδαλιουχέω, ῶ, f. ήσω, gubernaculum teneo, ad clavum navis fedeo, guberno. A feq.

Πηδαλιοῦχος, ου, ὁ, qui clavum tenet, gubernator. E πηδάλιον & ἔχω.

Πηδαλιώδης, εος, ὁ, ἡ, gubernaculi fpeciem gerens, gubernaculo fimilis. A πηδάλιον.

Πήδασος, ου, ὁ, ἡ, uliginofus & fonticulis fcatens, unde aqua profilit. A feq.

Πηδάω, ῶ, f. ήσω, falto, falio, fcaturio.

Πηδηθμὸς, οῦ, ὁ, faltus. πηδηθμὸς φλεβῶν, venarum faltus aut percuffus, pro arteriarum pulfus. A præc.

Πήδημα, ατος, τὸ, faltus. Ab eod.

Πήδησις, εως, ἡ, faltus, actio faliendi. Ab eod.

Πηδητὴς, οῦ, ὁ, faltator. Ab eod.

Πηδητικὸς, ἡ, ὸν, qui falire folet, qui fubfultim incedere confuevit. Ab eod.

Πηδὸς, ου, ὁ, vel πηδὸν, οῦ, τὸ, ligni genus, quod & πήδινον dicitur. 2) palmula remi, (ex eo ligno, quod πηδόν). 3) remus, (ex eo præfertim ligno.)

Πηδωλὶς, ίδος, ἡ, petra, e qua aqua profilit, Hef. A feq.

Πηδύω, Hefych. pro πιδύω.

Πηκτὴ, *Dor.* πακτὰ, cafeus. A πηκτός.

Πηκτικὸς, ἡ, ὸν, gelandi feu cogendi vim habens. Ab eod.

Πηκτὶς, ίδος, ἡ, coagulum. 2) inftrumentum muficum. 3) fiftula, tibia. 4) culter ad fcindendas carnes aptus. Ab eod.

Πηκτὸς, ἡ, ὸν, compactus, coagmentatus. 2) concretus, congelatus, coactus. 3) fixus, defixus, feu qui figi, depangi poteft. Ab eod.

Πηλαγόνες, gigantes. E πηλὸς, *lutum*, & γίγνομαι. v. πηλόγονος.

Πηλακίζω, f. ίσω, *proprie*, luto confpergo. 2) contumelia afficio. v. προπηλακίζω.

Πηλαμὶς, ίδος, ἡ, farda, Gl. Vet.

Πηλαμυδεία, ας, ἡ, pelamydum captura.

Πηλαμύδιον, ου, τὸ, idem, parva pelamys.

Πηλαμὺς, ύδος, ἡ, pelamys, genus pifcis in Hellefponto, Gl. Vet. Sarda.

Πηλ-

Πήληξ, ηκος, ἡ, galea, caſſis.
Πηλίκος, η, ον, quantus. 2) quantæ ætatis, quot annorum, *interrog.* Ab ἡλίκος.
Πηλικότης, ητος, ἡ, quantitas. A præc.
Πήλινος, ίνη, ινον, luteus, e luto factus. A πηλός.
Πηλοβάτης, ου, ὁ, qui per lutum graditur. 2) nomen ranæ. Ex eod. & βαίνω.
Πηλόγονος, ου, ὁ, ἡ, e luto natus, cui genus e luto eſt, gigas, apud Callim. *ſi vera lectio*. Ex eod. & γίνομαι.
Πηλοδομέω, ῶ, f. ήσω, e luto ſtruo, fingo. A ſeq.
Πηλοδόμος, ου, ὁ, ἡ, e luto ſtruens. E πηλὸς & δέμω.
Πηλόδομος, ου, ὁ, ἡ, e luto ſtructus. Ex iiſd.
Πηλουργία, figlina, ars e luto fictilia vaſa conficiendi. Ex eod. & ἔργον.
Πηλοπατέω, lutum calco.
Πηλοπατίδες, ων, αἱ, calcei altiores. A præc.
Πηλοπλάθος, ου, ὁ, qui e luto ſeu argilla fingit. A ſeq.
Πηλοπλάσσω, f. άσω, e luto fingo.
Πηλοποιέω, ῶ, f. ήσω, idem. 2) lutum macero.
Πηλοποιὸς, οῦ, ὁ, figulus, qui vaſa fictilia e luto conficit. Philox. coactiliarius. E ſeq. & ποιέω.
Πηλὸς, οῦ, ὁ, lutum, cœnum, limus. 2) creta, argilla. οἱ πηλοὶ, Polyb. 3) vinum.
Πηλουργὸς, οῦ, ὁ, figulus. A præc. & ἔργον.
Πηλοφορέω, lutum fero.
Πηλόχυτος, ου, e luto fuſus, factus.
Πηλόω, ῶ, luto, deluto, collutulo, Gl. Vet πηλοῦμαι, ὦμαι, πηλοῦσθαι, luteſcere, Gl. Vet. A πηλός.
Πηλύνω, idem.
Πηλώδης, εος, ὁ, ἡ, lutoſus, limoſus. A πηλός.
Πήλωσις, εως, ἡ, volutatio in luto. A πηλόω.
Πῆμα, ατος, τὸ, damnum, exitium. 2) clades.
Πημαίνω, noceo, damnum do, lædo. A pr.
Πημαντὸς, ὴ, όν, cui damnum illatum eſt, læſus. A præc.
Πημονὴ, ῆς, ἡ, damnum, exitium. A πῆμα.
Πῆμος, *Adv.* quando. Ab ἦμος.
Πημοσύνη, ης, ἡ, idem quod πημονὴ, & ab eod.
Πηνέλοψ, οπος, ὁ, avis quædam.
Πήνη, ης, ἡ, textum, tela. 2) tapes. A πήνω.
Πηνίζω, f. ίσω, ſtamina e colu deduco & devolvo fuſi circumactu. 2) texo. A præc.
Πηνίκα, *Adv.* quando? 2) *Att.* qua hora? Ab ἡνίκα.
Πηνίκη, ης, ἡ, coma additia, galericulum, capillamentum, qs. a πηνίω, idem quod πηνίζω.
Πηνικίζω, f. ίσω, fraudes ſtruo, dolos conſuo, necto. A præc.
Πηνίκισμα, ατος, τὸ, fraus, dolus, ſtropha. A pr.
Πηνίον, ου, τὸ, radius vel fuſus, cui filum circumvolvitur. 2) ſtamen ſeu filum. 3) tela ipſa, ut πήνη. 4) inſectum quoddam ex erucarum genere. A πῆνος, vel πήνη.
Πήνισμα, ατος, τὸ, ſtamen ſeu filum e colu deductum & fuſo devolutum. A πηνίζω.
Πῆνος, εος, τὸ, idem quod πήνη. A ſeq.
Πήνω & πήνομαι, idem quod πηνίζω, Heſ. unde πηνίω, πηνίζω. A πάω, *comprimo, denſo*.
Πῆξις, εως, ἡ, coagmentatio, coactio, congelatio, concretio, glacies. 2) compactio. Gl. Vet. fixio. A πήγνυμι.
Πηὸς, οῦ, ὁ. adfinis. A πάω.
Πήρα, ας, ἡ, pera, ſaccus, in primis qualem mendici geſtant. Gl. Vet. mantica, follis. 2) inſtrumentum medicum.
Πηρίδιον, ου, τὸ, perula, parva pera. Dim. a pr.
Πηρὶν, ῖνος, ὁ, teſticulus. v. περίνεος.
Πηρόδετης, ου, ὁ, ἡ, ut πηρόδετος ἱμὰς, lorum, quo pera ligata eſt. E πήρα & δετὸς, a δέω.
Πηρομελὴς, έος, ὁ, ἡ, qui mutilatis eſt membris, mutilus. E ſeq. & μέλος.
Πηρὸς, ὰ, ὸν, mancus, orbus, Gl. Vet. 2) cæcus, mutus, excors.
Πηροφόρος, ου, ὁ, ἡ, qui peram ſeu ſaccum geſtat. E πήρα & φέρω.
Πηρόω, ῶ, fut. ώσω, mutilo, trunco, partem aliquam corporis debilito. πεπηρωμένος, perf. part. paſſ. mutilatus. Gl. Vet. πηρόω, ῶ, orbo, cæco. A πηρός.
Πήρωμα, ατος, τὸ, oblæſa pars corporis, naturæ oblæſæ vitium. 2) homo natura imperfectus. A πηρόω.
Πηρώνυμος, ου, a pera nomen habens. E πήρα & ὄνομα.
Πήρωσις, εως, ἡ, mutilatio, debilitatio & læſio membri alicujus in corpore, unde & de cæcitate dicitur. Gl. Vet. orbatio, mutilatio. A πηρόω.
Πήσσω, -ττω, figo, gelo, Gl. Vet. πήσσει πηλὸν, pangit, Phil. προσπησσόμεθα, adfigimur, Phil.
Πητύα, ας, ἡ, coagulum. A pr. v. πιτύα.
Πηχυαῖος, αία, αῖον, qui unius cubiti eſt, cubitalis. A πῆχυς.
Πηχυῖος, α, ον, idem & ab eod.
Πηχύνω, cubito impoſitum ſeu appenſum geſto. 2) in cubitum reclino Ab eod.
Πῆχυς, εος, ὁ, cubitus, Philox. ulna, cubitus. 2) menſura a cubito uſque ad ſummum medii digiti. 3) inſtrumentum architectonicum e duabus regulis rectis in angulo recto concurrentibus. 4) teſtudinis manubria, cornua, brachia, quæ tranſtillo conjunguntur, quod Græci ζυγὸν vocant, vel ζύγωμα. 5) πήχεις, pars arcus media ſagittas ſuſtinens, alii brachia.
Πιάζω, f. άσω, injecta manu premo, prehendo, comprehendo, corripio. πιάζεται, deprehenditur. Phil. v. πιέζω.
Πιαίνω, pinguefacio, pinguem & obeſum reddo. Gl. Vet. opimo, impinguo. A πίων.
Πιαλέος, έα, έον, pinguis, obeſus. A πίαρ. 2) ſiticuloſus, ſiccus. A πίνω.
Πίαλος, ου, ὁ, ἡ, idem & ab eod.
Πιάλλω, f. αλῶ, pinguefacio, augeo, profum. πιῆλαι, inf. aor. 1. Heſ. A πίων. (niſi potius eſt vitioſa lectio pro ἰπιάλλω.)
Πιαντήριον, ου, τὸ, quod pinguem reddit & obeſat. A πιαίνω.
Πῖαρ, τὸ, pinguedo. 2) *Adv.* pingue. A πίων.
Πιαρὸς, ρὰ, ρὸν, pinguis. τὸ πιαρὸν, pinguedo. A pr.
Πίασμα, τος, τὸ, pinguedo, uber. A πιαίνω.
Πιαστήριον, ου, τὸ, preſſorium, Phil. A πιάζω.
Πιγκέρνης, pocillator, Gl. Vet. Lat.
Πιδακηΐδες, αἱ, Nymphæ fontanæ, Hippocr.
Πιδακόεις, όεσσα, όεν, aquis ſalientibus ſcatens. 2) irriguus. A πίδαξ.
Πιδακώδης, εος, ὁ, ἡ, idem & ab eod.
Πίδαξ, ακος, ὁ vel ἡ, fons, ſcatebra, aqua ſaliens.
Πιδάω, idem quod πηδάω, ſalio.
Πιδήεις, ήεσσα, ῆεν, aquis ſalientibus ſcatens. A præc.
Πιδόεις, όεσσα, όεν, idem. A ſeq.
Πιδύω, & πιδύομαι, ſalio, ſcaturio.
Πιέζεω, pro πιέζω, *Ion.* imperf. πιέζευν, pro πιέζον, ἐπίεζον.
Πιέζω, f. έσω, prehendo, premo, preſſo, Gl. Vet. 2) urgeo quid, v. c. in demonſtrando, refellendo &c.
Πίειρα, ας, ἡ, pinguis, ſucci plena, fertilis. A πίων.
Πία-

Πίεξις, εως, ἡ, pressio. A πιέζω.

Πιερία, ας, ἡ, Pieria, regio Bœotiæ & Macedoniæ, Musis sacra.

Πιερίδες, ων, αἱ, Pierides, Musæ, quæ a Pieria ita dicuntur. A præc.

Πιερίηθεν, *Adv.* e Pieria. Ab eod.

Πιερικός, ἡ, ὀν, Piericus, e Pieria. Ab eod.

Πιεστικόν, pressivum, Gl. Vet. A πιέζω.

Πίεσις, εως, ἡ, pressio, pressura. Ab eod.

Πίεσμα, ατος, τό, retrimentum post succi expressionem relictum. 2) succus expressus. Ab eod.

Πιεσμός, ῦ, ὁ, pressio, compressio. Ab eod.

Πιεστήρ, ῆρος, ὁ, prelum, torcular. Ab eod.

Πιεστήριον, ου, τό, idem. 2) tormenti genus. A præc.

Πιεστός, ἡ, ὀν, pressus. 2) qui premi seu comprimi potest. A πιέζω.

Πίεστρον, ου, τό, instrumentum chirurgicum ad contundenda ossa capitis in extrahendo fetu mortuo, prelum, vollella. Ab eod.

Πιθάκνη, ης, ἡ, dolium. Gl. Vet. seria. 2) poculum instar dolioli. Dim. a πίθος.

Πιθάκνιον, ου, τό, doliolum. 2) poculum parvum, dolioli figuram habens. πιθάκνια, doliola, Gl. Vet. Dim. a præc.

Πιθανολογέω, ῶ, f. ήσω, oratione persuasoria utor, probabilia dico, ad persuadendum idonea. A πιθανὸς & λόγος.

Πιθανολογία, ας, ἡ, sermo plausibilis, oratio ad persuadendum apta. Philox. πιθανολογίᾳ, subtilitate. Ab iisd.

Πιθανός, ἡ, ὀν, persuasorius, probabilis, verisimilis. 2) gratus, blandus, acceptus, elegans, in pr. de oratore, qui placet, popularis: item, de eo, qui specie probabili utitur. 3) qui facile seu libenter paret, morigerus. 4) aptus ad aliquid, accommodatus. 5) qui naturam & formam rei ipsius apte imitatur & exprimit. πιθανόν, probabila, verisimile, quod naturam & formam rei apre imitatur, Gl. Vet. πιθανά, probabilia, Phil. A πείθω.

Πιθανότης, ητος, ἡ, probabilitas, verisimilitudo. A præc.

Πιθανουργικός, ἡ, ὀν, persuadendi vim habens. Hinc ἡ πιθανουργική, ῆς, sc. τέχνη, ars lenocinio verborum utens ad persuadendum accommodato. E πιθανὸς & ἔργον.

Πιθανῶς, *Adv.* probabiliter, apte ad persuadendum.

Πιθάριον, ου, τό, doliolum. Dim. a πίθος.

Πιθέω, f. ήσω, fretus sum, confido. 2) obsequor, obedio. aor. 1. ἐπίθησα. part. πιθήσας. A πείθω.

Πιθεών, ῶνος, ὁ, cella vinaria, ubi dolia cubant. A πίθος.

Πιθηκαλώπηξ, ηκος, ὁ, q. d. vulpisimia seu simivulpa. E πίθηκος & ἀλώπηξ.

Πιθήκειος, εία, ειον, simiæ similis, simiæ usitatus. A πίθηξ.

Πιθηκίζω, f. ίσω, simiam imitor vel ago. Ab eod.

Πιθηκισμός, ῦ, ὁ, imitatio simiæ. 2) imitatio adulatoria, adulatio dolosa, vel nugæ, quales sunt simiarum, gesticulatio ridicularia. A præc.

Πιθηκοειδής, ές, simiæ similis, simiæ speciem gerens. 2) qui est e simiarum genere. A πίθηκος & εἶδος.

Πιθηκόμορφος, ον, simiæ ad formam similis. E seq. & μορφή.

Πίθηκος, ου, ὁ, simia. A πίθηξ.

Πιθηκοφαγέω, ῶ, f. ήσω, simias edo, simiis vescor. Ex eod. & φάγω.

Πιθηκοφόρος, ου, ὁ, ἡ, simiam gestans. 2) simiæ signo notatus. Ex eod. & φέρω.

Πιθηκώδης, εος, ὁ, ἡ, idem quod πιθήκειος. A seq.

ΠΙΘΗΞ, ηκος, ὁ, simia.

Πιθηρός, ά, όν, pinguis. Hipp. sed putant leg. πιμερός.

Πιθίτης, ου, ὁ, dolii figuram gerens. A πίθος.

Πιθῖτις, ιδος, ἡ, quæ dolii figura est. A pr.

Πιθόγαστρος, ου, ὁ, ἡ, cui venter instar dolii est. E πίθος & γαστήρ.

Πιθοιγία, ας, ἡ, & πιθοίγια, ων, τά, doliorum apertio, cum vinum novum e doliis defunditur. 2) festum Bacchicum apud Græcos. Gl. V. πιθοίγια, vinalia. E πίθος & οἴγω.

Πιθοκοίτης, ου, ὁ, in dolio cubans. A κοίτη & seq.

Πίθος, ου, ὁ, dolium.

Πορφυροβαφεῖον, ου, τὸ, officina purpurariorum s. purpuræ.

Πορφυροβαφὴς, ὁ, ἡ, purpura tinctus. A πορφύρα & βάπτω.

Πορφυροβάφος, purpurarius, Gl. Vet. Ex iisd.

Πορφυροειδὴς, έος, ὁ, ἡ, purpuræ speciem gerens, pur-

purpureo colori ſimilis, cæruleus. E πορφ. & εἶδος.

Πορφυροειδῶς, *Adv.* in modum purpuræ, ita, ut purpuram referat. A præc.

Πορφυρόεις, εσσα, εν, purpuram referens. epith. maris.

Πορφυροζώνος, ου, ὁ, ἡ, violaceo ſeu purpureo cingulo circumdatus. E πορφ. & ζώνη.

Πορφυρόκαυλος, ου, ὁ, ἡ, cujus caulis purpureus eſt.

Πορφυρομιγὴς, έος, ὁ, ἡ, purpura mixtus. A μίγνυμι.

Πορφυρόπεζος, ου, ὁ, ἡ, purpureos, i. e. pulcros habens pedes. Epith. feminæ. 2) purpureum limbum habens. A πέζα.

Πορφυροπώλης, ου, ὁ, purpurarius, Gl. Vet.

Πορφυρόπωλις, ιδος, ἡ, quæ purpuram, ſive lanam aut veſtem purpuream vendit.

Πορφυρόστρωτος, ον, pupura ſtratus.

Πορφυρέω, purpura tingo, inficio, vel orno. prætexo. πορφυρῶσαι, clavare, Gl. Vet. A πορφύρα.

Πορφύρω, purpureo colore perfundo. 2) purpureo colore nigrico, vel rubeo. 3) nigreſco. 4) æſtuo, de mari. 5) curis perturbor, ſollicitor. 6) πορφύρομαι, idem. Heſych. etiam πορφύρει interp. καχεταχεῖν, & πορφύρομαι, διαλογίζεσθαι, (eſt proprie in abdito, profundo & imo verſare, atque agitare.)

Πορφυρώτερος, έρα, ερον, magis purpureus. Compar. ab inuſ. πόρφυρος.

Πόρω, fut. πόρσω, præbeo, ſuppedito, do. A πείρω, unde πορίζω.

Ποσάκις, *Adv.* quoties? A πόσος.

Ποσαπλάσιος, ία, ιον, quotuplex. Ab eod.

Ποσαπλασίων, ονος, ὁ, ἡ, idem & ab eod.

Ποσαπλῶς, *Adv.* quot modis? Ab eod.

Ποσάπους, ουν, quot pedum? Ab eod. & ποῦς.

Ποσαχῆ, *Adv.* quot in locis? Ab eod.

Ποσαχῶς, *Adv.* quot modis? Ab eod.

Πόσε, *Adv.* quo? quem in locum? A ποῦ.

Ποσειδᾶν, ᾶνος, ὁ, *Dor.* pro Ποσειδῶν.

Ποσειδάνιος, α, ὁ, ἡ, ad Neptunum pertinens. A præc.

Ποσείδιον, τὸ, templum Neptuni. A ſeq.

Ποσειδεὼν, ῶνος, ὁ, ſextus menſis Atticus, Decembri reſpondens. Quandoque eſt ποσειδεὼν ſecundus, ſ. intercalaris. A ποσειδῶν.

Ποσειδωνὶς, ίδος, ἡ, halcyone. A ſeq.

Ποσειδῶν, ῶνος, ὁ, Neptunus; Romanis Conſus.

Ποσειδώνια, ίων, τὰ, ſacra in honorem Neptuni, Neptunalia, Gl. Vet. A præc.

Ποσειδώνιον, & -ειον, ου, τὸ, templum Neptuni. Ab eod.

Πόσθη, ης, ἡ, pellis, qua glans pudendi virilis tegitur. 2) penis.

Ποσθία, ας, ἡ, tuberculum in palpebris ſuper pilos. A præc.

Πόσθιον, ου, τὸ, pudendum virile. Dim. ejuſd.

Πόσθων, ωνος, ὁ, qui magno pene eſt, aut præputio. 2) puerulus, infans, per ὑποκορισμόν. Ab eod.

Ποσιδήϊον, ου, τὸ, *Jon.* pro ποσείδιον.

Πόσιμος, ίμη, ιμον, potabilis, potui aptus. A ſq.

Πόσις, εως, ἡ, potio, potus. A πίνω.

Πόσις, maritus, apud poet. acc. πόσιν.

Ποσιπτερνίδες, ων, αἱ, venæ in calcaneo. E ποὺς & πτέρνα.

Πόσος, η, ον, quantus? πόσου, (id eſt ἀντὶ πόσου ἀργυρίου) quanti? & πόσοι, quot? Ab ὅσον, *quantus*, citra interrogationem.

Ποσὸς, ἡ, ὸν, aliquantus, 2) quidam. Ab eod.

Ποσοσύλλαβος, ον, quot ſyllabarum. A συλλαβή.

Ποσότης, ητος, ἡ, quantitas, i. e. numerus & menſura. A πόσος.

Ποσόω, ῶ, f. ώσω, quantum facio, quantitatem attribuo. πεποσωμένος, quantitatem habens, perf. part. paſſ. Suic. Ab eod.

Ποσήμαρ, *Adv.* quot dies, per quot dies, quot diebus. E πόσος & ἦμαρ.

Ποσίκροτος, ου, ὁ, ἡ, qui pedibus pulſatur. E ποὺς & κρότος.

Πόσσος, *poet.* pro πόσος.

Ποσταῖος, quoto die? quot diebus? quot dierum ſpatio? Phil. quota die? A πόσος.

Ποστημόριος, q. d. quoteſimus, quotæ partis. ποστημόριον, quota pars, parva pars. Gl. Vet. hæc porticuncula. E ſeq. & μόριον.

Πόστος, η, ον, quotus? 2) quantus. A πόσος.

Ποσῶς, *Adv.* aliquantulum. A ποσός.

Ποτάγω, f. άξω, adduco, accedo, *Dor.* pro προσάγω. E ποτὶ pro πρὸς & ἄγω.

Ποταγωγίδης, ου, ὁ, explorator, delator. Sed Ariſtot. αἱ ποταγωγίδες, vox Syracuſ. Plut. προσαγ. (videntur lenæ eſſe. v. προσαγωγίδες.)

Ποταείδω, & ποταείδομαι, accino, cano, carmina cano. *Dor.* pro προσαείδω.

Ποταίνιος, ία, ον, recens, novus, peregrinus. 2) primus, antiquus. Incertum, unde. conf. προταίνιος.

Ποταινὸς, ἡ, ὸν, idem.

Ποταμείβομαι, f. ψομαι, reſpondeo. E ποτὶ & ἀμ.

Ποτάμιος, ία, ιον, fluvialis. A ποταμός.

Ποταμέλγω, f. ξω, mulgeo. E ποτὶ & ἀμ.

Ποταμηγὸς, ᾶ, ὁ, ἡ, q. d. fluvii vel fluviorum ductor, fluvialis, v. c. navis, cymba. E ποταμὸς & ἀγὸς.

Ποταμηδὸν, *Adv.* fluvii more. A ποταμός.

Ποταμηΐς, ΐδος, ἡ, fluvialis, v. c. Nympha. Ab eod.

Ποταμήπορος, ου, ὁ, ἡ, fluvium trajiciens. Ex eod. & πόρος.

Ποτάμιον, ου, τὸ, rivus. Dim. a. ποταμός.

Ποτάμιος, ία, ιον, fluvialis, flumineus, amnicus, Gl. Vet. ab eod.

Ποταμίσκος, ου, ὁ, fluvius parvus. Dim. ab eod.

Ποταμίτης, ου, ὁ, ποταμῖται, aquilices, Phil. Ab eod.

Ποταμογείτων, ονος, ὁ, ἡ, fluvio vicinus, accola fluvii, nomen herbæ, vel plantæ.

Ποταμόκλυστος, ου, ὁ, ἡ, qui amnibus alluitur. A κλύζομαι.

Ποταμόνδε, *Adv.* ad fluvium. A ſeq.

Ποταμὸς, οῦ, ὁ, fluvius, flumen, amnis. (proprie aqua potabilis. Ab antiquo πόω, unde πέποται.)

Ποταμοφόρητος, ου, ὁ, ἡ, qui a fluvio aufertur ſive rapitur. E pr. & φορέω.

Ποταμόχωστος, ου, ὁ, ἡ, limo arenave a fluvio devecta opertus.

Ποτανὸς, volucer, volans. *Dor.* pro ποτηνός. A πέταμαι.

Ποτάομαι, ῶμαι, volo, as. Ab eod.

Ποταπὸς, ἡ, ὸν, qualis, Phil. v. ποδαπός.

Ποταπῶς, *Adv.* qualiter, Phil. A præc.

Ποταυλέω, ῶ, *Dor.* pro προσαυλέω, ubi v.

Ποτῷος, α, ον, orientalis, ad orientem vergens vel ſpectans. *Dor.* pro προσῷος, ubi v.

Πότε, *Adv.* quando? Ab ὅτε. (vel ab antiquo πὸς, πὴ, πὸν, unde πόσος, πῶς, πῇ, πῆ, & alia, cum particula τε.)

Ποτὲ, *Adv.* aliquando. Hinc οὐδέποτε, μηδέποτε, nunquam. Ab ὅτε.

Ποτείδω, *Dor.* pro προσείδω, inuſ. aor. 2. ποτιδὼν intuitus, ποτίδοιμι, intuear.

Ποθέομαι, volo, as. A πέτομαι.
Ποτέος, έα, έον, bibendus. A πίνω.
Ποτερίζω, *Dor.* pro προσερίζω, cum aliquo certo.
Πότερος, έρα, ερον, uter. πότερον, utrum.
Ποτέρχομαι, *Dor.* pro προτέρχομαι.
Ποτέρωθι, *Adv.* utra in parte? utro in loco? A πότερος.
Ποτέρως, *Adv.* utro modo. Ab eod.
Ποτέρωσε, *Adv.* utram in partem, vel utra in parte? Ab eod.
Ποτέχω, *Dor* pro προσέχω.
Ποτή, ῆς, ἡ, volatus. A πέτομαι.
Πότημα, ατος, τὸ, compotatio, epulum. οἱ ἁ. A πίνω.
Ποτηριοκτιστής, ῦ, ὁ, qui pocula conficit. A pr. & κτίζω.
Ποτηνός, ὴ, ὸν, *Dor.* ποτανὸς, volucris, alatus. A ποτάομαι.
Ποτὴρ, ῆρος, ὁ, poculum. A πίνω.
Ποτηρίδιον, ου, τὸ, pocillum, Gl. Vet. A ποτήριον.
Ποτηριογλύπτης, ου, ὁ, poculorum cælator.
Ποτήριον, ου, τὸ, poculum, calix, in facris litteris, portio destinata: de bonis & malis rebus. A ποτήρ.
Ποτηριοφόρος, ου, ὁ, ἡ, poculi aut poculorum gestator, seu gestatrix. E pr. & φέρω.
Ποτηροθήκη, ης, ἡ, caliclarium, Gl. Vet. (ubi calices reponuntur s. exponuntur) abacus. E ποτὴρ & θήκη. (nisi potius ποτηριοθ. leg. est, & sic quoque de v. sq. videtur.)
Ποτηροπλύτης, ου, ὁ, cratera, Gl. V. ubi calices eluuntur.
Ποτὴς, ῆτος, ἡ, potio, potus. A πίνω.
Πότης, ου, ὁ, potor, bibax, bibulus. Ab eod.
Ποτηνὸς, ἡ, ὸν, volucris. A ποτάομαι.
Ποτὶ, *Dor.* pro πρὸς, ad.
Ποτιάπτω, f. ψω, alligo. E pr. & ἅπτω.
Ποτιβάλλω, pro προσβάλλω.
Ποτιβλέπω, f. ψω, pro προσβλέπω.
Ποτιδέγμενος, η, ον, exspectans, a ποτιδέχομαι pro προσδέχομαι.
Ποτιδέρκομαι, pro προσδέρκομαι.
Ποτιδέομαι, v. προσδέομαι.
Ποτιδόρπιος, ου, ὁ, ἡ, pro προσδόρπιος.
Ποτίζω, f. ίσω, potum præbeo seu ministro. 2) aquatum duco. Phil. adaquo. 3) rigo. Phil. irrigo. A πότος.
Ποτικάρδιος, ία, ιον, pro προσκάρδιος, qui est in corde, ut vulnus. E π. & καρδία.
Ποτικλίνομαι, *Dor.* pro προσκλίνομαι.
Ποτικὸς, ὴ, ὸν, bibax. A πότος.
Ποτίκρανον, ου, τὸ, v. πρόσκρανον.
Ποτιλέγω, f. ξω, *Dor.* pro προσλέγω.
Ποτιμάττομαι, pro προσμάττομαι.
Πότιμος, ου, ὁ, ἡ, potui aptus. A πότος.
Ποτιμυθέομαι, pro προσμυθέομαι.
Ποτινίσσομαι, accedo, Dor. pro προσνίσσομαι.
Ποτίσδω, *Dor.* pro ποτίζω, potum præbeo.
Πότις, ιδος, ἡ, potrix, bibax. A πότης.
Πότισις, εως, ἡ, aquatio. Gl. Vet. poratio. A ποτίζω.
Ποτισμὸς, ῦ, ὁ, aquatio, irrigatio. 2) potio. Ab eod.
Ποτιστάζω, pro προσστάζω, instillo, adfundo.
Ποτίστατος, bibacissimus. Superl. Att. a πότης.
Ποτιστήριον, ου, τὸ, canalis, aqualiculus. Philox. popina. A ποτίζω.
Ποτιστὴς, ῦ, ὁ, irrigator, qui potum præbet. Ab eod.
Ποτίστρα, ας, ἡ, ubi animalia aquantur, seu aquatum compelluntur. Ab eod.
Ποτίσχομαι, amplector, comprehendo. E ποτὶ pro πρὸς & ἴσχομαι.

Ποτιτέρπω, f. ψω, *Dor.* pro προστέρπω, delecto.
Ποτιτροπαῖος, pro προστρόπαιος, v.
Ποτιφθέγγομαι, *Dor.* pro προσφθέγγομαι.
Ποτίφορος, pro πρόσφορος.
Ποτιφωνήεις, ήεσσα, ῆεν, *Dor.* vocalis, qui loqui potest. E ποτὶ pro πρὸς & φωνήεις.
Ποτιχρίμπτω, pro προσχρίμπτω.
Πότμος, ου, ὁ, sors, fatum, casus seu fortuna fatali sorte obveniens. 2) interitus, mors. (Ab antiquo πέτω, unde πίπτω, quod alicui in sortem cadit.)
Ποτνιάδες, αἱ, Epith. Baccharum, a clamore vocantium Bacchum. v. ποτνιάω Hesych. interpr. furorem injicientes. A πότνιος.
Ποτνιάζω, idem quod ποτνιάω.
Ποτνιάνακτος, ου, ὁ, ἡ, dominatu venerandus. E πότνιος & ἄναξ.
Ποτνίασις, εως, ἡ, supplex obtestatio, precatio cum lacrimis & clamoribus, imploratio. A ποτνιάζω.
Ποτνιασμὸς, ῦ, ὁ, supplicatio deorum. Ab eod.
Ποτνιάω, & ποτνιάομαι, ῶμαι, oro, imploro, obsecro, obtestor, suppliciter deprecor, cum ejulatu, clamore supplico. 2) ægre fero, indignor, queritor. A seq.
Πότνιος, ία, ιον, venerandus, honorandus, augustus.
Πότνος, η, ον, idem, occurit in fœm. πότνα, fere in Vocativo.
Ποτόδδω, v. ποτόσδω.
Ποτὸν, ῦ, τὸ, potio, potus, quod bibitur. 2) fluvius. A πίνω.
Πότος, ου, ὁ, potatio, compotatio. 2) convivium, etiam in bonam partem. Ab eod.
Ποτὸς, ὴ, ὸν, potabilis, potulentus. Ab eod.
Ποτόσδω, *Dor.* pro προσόζω.
Ποττὰν, *Dor.* pro πρὸς τὰν, πρὸς τὴν.
Ποττὸν, *Dor.* pro πρὸς τὸν.
Ποττῶ, *Dor.* pro πρὸς τῶ, vel πρὸς τῷ.
Πῦ, *Adv.* ubi? quo in loco? πῦ 'στι, ubi est? Ab ὁ. (vel antiquo πὸς, πὴ, πὸν, unde πῦς & alia. pro ἐπὶ πῦ scil. τόπυ. ut πῆ pro ἐπὶ πῆ, sc. μεθόδῳ, γνώμῃ, τέχνῃ, ἐπιτηδείῳ, vel tale quid.)
Πυ, *Adv.* alicubi, uspiam, usquam. Ab eod.
ΠΟΥΓΓΗ', πυγγίον, sacculus. Rob.
Πυλὺ, multum, *Jon.* pro πολὺ, a πολὺς, & sic reliqua composita: ut
Πυλυβότειρα, πυλυγήθης, &c. quæ quærenda in πολυβ. &c.
Πυλὺς, multus, *Jon.* pro πολύς.
Πῦς, alii πὸς, ποδὸς, ὁ, pes. 2) mensura sedecim digitorum. 3) radix seu ima pars montis. 4) pes metricus. 5) funis nauticus. πόδες, lat. pedes, dicuntur, quibus extremi anguli veli versus puppim adducuntur. 6) clavus, temo. *Notandæ tironibus hæ formæ*. 1) ἀνὰ πόδα, retro. 2) ἐκ ποδὸς, e vestigio, presso pede. ἐκ ποδῶν, v. ἐκποδών. 3) ἐν ποσὶ dicuntur, præsentia, obvia, instantia prope, vulgaria. 4) ἐπὶ πόδα, cessim, pedem referendo. 5) κατὰ πόδα, idem quod ἐκ ποδὸς, item, cursu, item, statim. 6) παρὰ ποδὸς, & παρὰ πόδας, idem quod ἐν ποσὶ, interdum quod ἐκ ποδὸς. 7) περὶ πόδα, apte. 8) πρὸ ποδὸς, idem quod ἐν ποσὶ. 9) ὑπὸ πόδας, cum de motu sermo, idem est quod ἀνὰ πόδα.
Ποώδης, εος, ὁ, ἡ, herbosus, herbis abundans, herbidus: 2) herbæ similis. A πόα.
Πρᾶγμα, ατος, τὸ, res, negotium. 2) in plur. res publica, administratio reip. οἱ ἐν πράγμασι, magistratus principes reip. it. ipse status reipubl. 3) status, con-

conditio hominis. ἐν ἀγαθοῖς πράγμασι, lætis in rebus. 4) lites, controversiæ, & hinc molestiæ. A πράττω.

Πραγματεία, ας, ἡ, studium, quod adhibetur ad efficiendam rem quampiam, commentatio & intensio animi, artes, etiam fraudes, quibus aliquid molior. 2) opus commentatione compositum, tractatio. 3) negotiatio, mercatura, nundinatio. A pr.

Πραγματευόδης, εος, ὁ, ἡ, negotiator, actor, Phil. A pr.

Πραγματεύομαι, negotior, Gl. Vet. aliquid efficere cupio, in quacumque re elaboro, etiam de scriptoribus, studeo, laboro, quæro. A πρᾶγμα.

Πραγματευτὴς, ῦ, ὁ, negotiator, actor, Philox. A pr.

Πραγματικὸς, ὴ, ὸν, strenuus, sollers in negotiis agendis & rebus tractandis. 2) aptus ad usum in rebus gerendis. Gl. Vet. negotiosus, forensis rerum peritus. A πρᾶγμα.

Πραγματικῶς, Adv. diligenter, accurate, sollerter, perite, acriter. A pr.

Πραγμάτιον, ῦ, τὸ, res parva, negotiolum. Dim. a πρᾶγμα.

Πραγματωδῶς, Adv. negotiose. A pr. v. πραγματώδης & πραγματώδης.

Πραγματογραφέω, ῶ, f. ήσω, curiose in scribendo pertracto. E πρᾶγμα & γράφω.

Πραγματοδίφης, ο, ὁ, qui litem seu lites scrutatur. Ex eod. & διφάω.

Πραγματωδέστερον, Adv. laboriosius, molestius. qs. a πραγματωδὴς.

Πραγματοκοπέω, ῶ, f. ήσω, res novas molior. 2) immisceo me rebus gerendis. E πρᾶγμα & κόπτω, s. κόπος.

Πραγματολογέω, ῶ, f. ήσω, in disputationibus rerum versor, in narrandis rebus occupatus sum. Ex eod. & λόγος.

Πραγματομαθὴς, έος, ὁ, ἡ, cui est rerum usus, negotiorum expertus, prudens. 2) industrius. Ex eod. & μανθάνω.

Πραγματοῤῥάφος, ῦ, ὁ, controversiarum concitator, calumniator. Ex eod. & ῥάπτω.

Πραγματώδης, εος, ὁ, ἡ, negotiosus, operosus, molestus. A πρᾶγμα.

Πρᾶγος, εος, contr. πρᾶγος, τὸ, negotium, res. A πράσσω.

Πραείως, v. πρᾳῶς.

Πραιτώριον, ῦ, τὸ, prætorium. Vox lat.

Πραιτωρίδιον, ῦ, τὸ, parvum prætorium, apud Arrianum

Πρακτέος, έα, έον, agendus, faciendus. Philox. πρακτέον, celerandum. A πράττω.

Πρακτὴρ, ῆρος, ὁ, actor, qui agit. 2) negotiator, mercator. 3) exactor, coactor tributorum. Ab eod.

Πράκτης, ῦ, ὁ, idem & ab eod.

Πρακτικεύομαι, facturio, i. e. opus parturio, ad operandum me applico. A πρακτικός.

Πρακτικὴ, quæstoria, quæstuaria, Phil. actualis scientia, Gl. V. A seq.

Πρακτικὸς, ὴ, ὸν, aptus ad agendum: item, qui res gerit. 2) in agendo positus. 3) efficax, strenuus, expeditus, de milite, cui feliciter, quod agit, procedit, qui consequitur, impetrat, quod petit. Actuarius, efficax, agilis, Gl. Vet. venditarius. A πράττω.

Πρακτικῶς, Adv. efficienter, sollerter, strenue. 2) expedite, apte ad agendum. A pr.

Πρακτόρειον, pignerarium, Phil. A πράκτωρ.

Πρακτὸς, ὴ, ὸν, qui agi potest, sub actionem cadens, in actione versans. A πράσσω.

Πρακτοψηφιστὴς, ῦ, ὁ, actorum censor, judex. E pr. & ψηφιστής.

Πράκτωρ, ορος, ὁ, auctor facinoris. 2) exactor, quæstor. 3) ultor. A πράσσω.

Πράμνειος, vel πράμνιος οἶνος, vinum nigricans, dictum vel e rupe quadam, vel a πραΰνειν, mitigare, &c.

Πράμνιος, ὁ, pro πρόλοχος, Aristoph. rectius πρέμνος.

Πρᾶν, Dor. pro πρῴην, nuper, non ita pridem.

Πρανὴς, έος, ὁ, ἡ, Dor. pro πρηνής.

Πρανίζω, f. ίξω, Dor. pro πρηνίζω.

Πραξιδίκη, ης, ἡ, ultio. 2) ultrix. Dea quædam. Phil. Laverna. E πράσσω, exigo, & δίκη.

Πραξικοπέω, ῶ, f. ήσω, molitione clandestina, sive per proditionem urbem occupo, item prodo. E πρᾶξις & κόπτω, s. κόπος.

Πράξιμος, η, ον, qui vel unde exigi potest, vel debet.

Πρᾶξις, εως, ἡ, actio, facinus. 2) successus rerum. 3) exactio. 4) dolus, proditio ap. Polyb. αἱ πράξεις, res gestæ, historia. A πράσσω.

Πρᾳείως, Adv. leniter. Aristoph. qs. e πρᾳεῖος, mitis. v. πραεῖος.

Πρᾷος, & πρᾶος, α, ὁ, lenis, mitis, mansuetus.

Πρᾳοτέρως, Adv. v. πρᾴως.

Πρᾳότης, ητος, ἡ, lenitas, mansuetudo. A πρᾷος.

Πραπίδες, ων, αἱ, præcordiæ. 2) mens, sollertia, sollers industria.

Πρασιὰ, ᾶς, ἡ, area, seu areola in horto. A πράσον.

Πρασίζω, f. ίσω, porrum imitor, porraceus seu prasinus sum. A πράσον.

Πράσιμος, α, ὁ, ἡ, venalis, vendibilis. A πρᾶσις.

Πράσινος, ῦ, ὁ, ἡ, porraceus, porro similis in viridi colore. A πράσον.

Πράσιον, ῦ, τὸ, origani genus. 2) marrubius. Ab eod.

Πράσιος, ῦ, ὁ, ἡ, idem quod πράσινος.

Πρᾶσις, εως, ἡ, venditio, venundatio, auctio. A πεπρᾶσκω.

Πρασοειδὴς, έος, ἡ, porro similis. E πράσον & εἶδος.

Πρασοκουρὶς, ίδος, ἡ, animalculum viride, porri speciem gerens, quod lactucas in hortis & in primis porrum depascitur. Ex eod. & κείρω.

Πρασόκουρον, ῦ, τὸ, falx, qua porrum detondent. Ex iisd.

Πράσον, ῦ, τὸ, porrum. 2) algæ genus. τὰ πράσα, οἱ ὁ.

Πρασόχλοος, ῦ, ὁ, porri colorem imitans. ranæ nomen, a viridi colore. In Batrachom. A πράσον.

Πρασοφάγος, ο, ὁ, ἡ, qui porrum comedit, seu algæ illam speciem, quæ πράσον vocatur. ranæ nomen in Batrachom. Ex eod. & φάγω.

Πράσσω, & πράττω, f. ξω, ago, actito, facio. 2) administro, tracto, curo. 3) vitam ago &c. 4) patior, ut contra πάσχω pro facio. 5) exigo pro εἰσπράττω, (quo sensu & in medio) & accipio. 6) operam do. 7) prodo. 8) per clandestinas consultationes, collusiones, aliquid perficio. Aliis modis dicitur cum præpos. qui sine formulis explicari non possunt, ut ἐς Πελοπόννησον πράττειν, mittere in Peloponnesum, qui curent. it. bellum & conjurationem ibi concitare. πράττειν σωτηρίαν τινὸς, de alicujus salute deliberare. πρᾶξαι κακόν τινα, malo afficere aliquem. πρᾶξαι κακόν τινι, malum alicui culpa sua consciscere, conciliare. πράσσειν τινί, clam favere alicui: de proditoribus.

Πρασοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, porro similis, porraceus. A πράσον.

Πρατέος, έα, έον, vendendus. A πιπράσκω.

Πρατὴρ, ῆρος, ὁ, venditor, qui auctionatur. Ab eod.

Πρατήριον, ου, τὸ, locus, in quo res venales venum exponuntur, forum, ubi hasta auctionalis figitur. A pr.

Πράτης, ου, ὁ, idem quod πρατὴρ, Gl. Vet.

Πρᾶτος, Dor. pro πρῶτος, primus.

Πρατὸς, ἡ, ὸν, vendendus, vendibilis. A πιπράσκω.

Πράτειρα, ας, ἡ, venditrix. A πρατὴρ.

Πράττω, vide πράσσω.

Πραΰγελως, ὁ, ἡ, leniter ridens. E πραῢς & γ.

Πραΰθυμος, ου, ὁ, ἡ, qui mansueto est animo, mansuetus, mitis.

Πραϋμενὴς, έος, ὁ, ἡ, idem. Ex eod. & μένος.

Πραϋμενῶς, Adv. mansueto animo, leniter, mansuete. A pr. v. πρευμενῶς.

Πραΰμητις, ιδος, ὁ, ἡ, cujus lenia sunt consilia.

Πρᾶος, ος, lenis, mitis animo.

Πραΰνσις, εως, ἡ, sedatio irati animi, iræ mitigatio. A πραΰνω.

Πραϋντικὸς, ἡ, ὸν, mitigandi & sedandi vim habens. Ab eod.

Πραΰνω, f. υνῶ, lenio, mitigo, mansuefacio, sedo. 2) molliter tracto. πραΰνομαι, mitesco. A πραῢς.

Πραϋπάθεια, ας, ἡ, mansuetudo, lenitas animi.

Πραϋπαθέω, leniter fero. A seq.

Πραϋπαθὴς, έος, ὁ, ἡ, mansuete omnia tolerans. E πραῢς & πάσχω.

Πραϋπαθῶς, Adv. leniter. A pr.

Πραῢς, εῖα, πραῢ, Gen. έος, είας, έος, lenis, mitis, mansuetus, Comp. πραΰτερος. A πρᾶος.

Πραΰτης, ητος, ἡ, lenitas, mansuetudo. A pr.

Πραΰτροπος, ον, lenes mores habens.

Πρᾴως, Adv. leniter, mansuete. Comp. πρᾳοτέρως. A πρᾶος.

Πρεμνίζω, fut. ίσω, una cum stipite & radice evello, una cum stipite amputo. Hesych. πρεμνίζων. A seq.

Πρέμνον, ου, τὸ, stipes, stirps, caudex, ramus major.

Πρέμνος, ου, ὁ, idem.

Πρεμνώδης, εος, ὁ, ἡ, trunco similis, crassus. A pr.

Πρέπω, v. πρέπω.

Πρέπον, οντος, τὸ, quod decet & convenit, decorum. 2) quod aptum est, v. c. tempori. Ab eod.

Πρεπόντως, Adv. convenienter, ut decet. A pr.

Πρεπτὸς, ὰ, ὸν, venerandus. Dor. Aristoph. πρεπτὰ, simulacra, sc. deorum, Hes. A πρέπω.

Πρέπω, decorus seu conspicuus sum. 2) excello. Hinc Impers. πρέπει, decet, convenit, dignum est. πρέψας. p. aor. 1.

Πρεπώδης, ες, decens, decorus. A pr.

Πρέσβα, ης, ἡ, Jon. πρέσβη, senior, ætate provecta. 2) veneranda, pro πρέσβειρα, per Syncop. A πρέσβυς.

Πρεσβεία, ας, ἡ, legatio. 2) ipsi legati. 3) quod per legatos petitur. 4) deprecatio, postulatio, preces, intercessio. 5) dignitas. A πρεσβεύω.

Πρέσβειρα, v. πρέσβυς.

Πρεσβεῖον, ου, τὸ, honorarium, quod meretur natu maximus, quo quis honoratur velut major natu, aut tempore prior in aliqua re, munus præcipuum. A πρέσβυς.

Πρέσβειρα, ας, ἡ, honorabilis, præses, patrona. Ab eod.

Πρέσβευμα, ατος, τὸ, honorarium, legatio honoraria. A πρεσβεύω.

Πρεσβεὺς, έως, ὁ, senex. 2) legatus. pl. Jon. πρεσβῆες. Ab eod.

Πρέσβευσις, εως, ἡ, legatio. Ab eod.

Πρεσβευτὴς, οῦ, ὁ, legatus, deprecator. Ab eod.

Πρεσβευτικὸς, ἡ, ὸν, ad legatum vel legationem pertinens. A pr.

Πρεσβεύω, f. εύσω, senior sum, natu major vel maximus sum, in honore & pretio, gravitatem senis præ me fero, honore adficio ut grandævum. 2) legatus eo, legatione fungor. 3) deprecor pro aliquo, caussam alicujus suscipio apud alterum, cum acc. A πρέσβυς.

Πρέσβη, ἡ, v. πρέσβα.

Πρεσβηῒς, ίδος, ἡ, antiqua. Ab eod.

Πρέσβις, εως, ὁ, legatus. Ab eod.

Πρέσβιστος, η, ον, v. πρέσβυς.

Πρεσβυγενέθλος, ὁ, ἡ, v. πρεσβυγενὴς. A πρ. & γενέθλη.

Πρεσβυγένεια, ας, ἡ, q. d. antiquior genitura, primogenitura. A seq.

Πρεσβυγενὴς, έος, ὁ, ἡ, q. d. antiquus natu, maximus natu. 2) priscus. A seq. & γίνομαι.

Πρέσβυς, υος, vel εως, ὁ, fem. πρέσβειρα, ας, ἡ, senex. 2) avis nomen. 3) legatus. 4) honoratus. pl. πρέσβεις, οἱ ὁ. Compar. πρεσβύτερος, senior, Superl. πρεσβύτατος, άτη, ατον, & πρέσβιστος, ίστη, ιστον, maximus natu. 2) antiquissimus, vetustissimus. 3) honoratissimus, augustissimus. 4) antiquissimus, i. e. potissimus.

Πρέσβυσις, εως, ἡ, legatio. (sed leg. est πρέσβευσις.) A pr.

Πρεσβυτέριον, ου, τὸ, presbyterium, collegium Presbyterorum in Ecclesia Christiana, Senatus Ecclesiasticus. 2) Senatus Judaicus. A seq.

Πρεσβύτερος, έρα, ερον, vide πρέσβυς. 2) οἱ πρεσβύτεροι, Senatores in N. T. & doctores Ecclesiæ & præsides. A πρέσβυς.

Πρεσβυτέρως, Adj. antiquius. Ab eod.

Πρεσβύτατος, άτη, ατον, vide πρέσβυς.

Πρεσβύτης, ου, ὁ, senex, grandævus, Gl. V. A πρέσβυς.

Πρεσβυτικὸς, ἡ, ὸν, senilis, priscus. A pr.

Πρεσβυτικῶς, Adv. seniliter, senum more. A pr.

Πρεσβῦτις, ιδος, ἡ, vetula, anus. A πρεσβύτης.

Πρεσβυτοδόκος, ὁ & ἡ, senes recipiens: ubi senes sedent, commorantur. Ex eod. & δέχομαι.

Πρευμένεια, ας, ἡ, benevolus & propensus animus, benevolentia, placabilitas. A seq.

Πρευμενὴς, έος, ὁ, ἡ, benevolus, benignus, mitis. E πρᾶος & μένος. (Veteres πρηῢς usurpabant pro πραῢς, unde πρηῢς. v. πρόφρων.

Πρευμενῶς, Adv. benevole, placide. A pr.

Πρηγορέω, pro προηγορέω.

Πρηγορεὼν, v. προηγορεὼν.

Πρηδὼν, όνος, ἡ, inflatio, tumor, inflammatio interiorum partium. A πίμπρημι.

Πρήθω, f. ήσω, incendo, inflammo. 2) flo, inflo, tumidum reddo. v. πρήθω.

Πρημαίνω, spiro, flo, vehementi & furenti impetu spiro. A πίμπρημι.

Πρημὰς, vel πρημαδὶς, άδος, ἡ, genus thynnorum, Nic. Athen. πρημάδιαι, Aristot. Ab eod.

Πρὴν, v. πρηνὴς.

Πρηνηδὸν, Adv. procidendo in os, sive in caput. 2) impellendo pronum, prone. 3) deorsum. A seq.

Πρηνὴς,

Πρηνὴς, έος, ὁ, ἡ, pronus, in caput propendens, præceps. (Ab antiquo πρὴν, quod idem fuit, atque πρὸ, antrorsum, in anteriora.)

Πρηνίζω, f. ίσω, pronum in caput dejicio, præcipito. A pr.

Πρῆσις, εως, ἡ, inflatio. A πρήθω.

Πρῆσμα, ατος, τὸ, combustio. 2) inflatio, tumor. Ab eod.

Πρήσσω, facio. Jon. pro πράσσω.

Πρήσσω, transeo. A περάω.

Πρησίδω, ap. Herodot. judicium desero.

Πρηστὴρ, ῆρος, ὁ, qui incendit. & inflammat, quasi flator. 2) prester, serpens quidam, ab ardore dictus, quem venenum ejus in vulneribus relinquit; vel ab inflando, quia ab eo morsi intumescunt, ut cutis rumpatur. 3) turbo igneus e nubibus prorumpens. Philox. fulgor, turbo. 4) exterior pars gutturis faucibus subjecta, quæ in ira inflammatur. A πρήθω.

Πρηστήριος, ου, ὁ, ἡ, amburens, ut prester. A pr.

Πρηστικὸς, ἡ, ὸν, adurendi & inflammandi vim habens. A πρήθω.

Πρῆστις, ιδος, ἡ, v. πρίστις. n. 2.

Πρητήριον, ου, τὸ, locus, in quo res venduntur, mercatus. Jon. pro πρατήριον. A πιπράσκω.

Πρηΰγελως, ωτος, ὁ, poet. pro πραΰγ. ubi v.

Πρηΰνομος, ὁ, ἡ, legibus comiter obediens, vel cui leges scriptæ sunt mites & æquæ. E πρηΰς & νόμος.

Πρηΰνοος, poet. pro πραΰνοος.

Πρηΰνω, Jon. pro πραΰνω.

Πρηΰς, Jon. pro πραΰς.

Πρηϋτένων, οντος, ὁ, qui miti & mansueta cervice est, mansuete jugum subiens. E pr. & τένων.

Πρὼν, ῶνος, ὁ, eminentia montis, cacumen, vertex.

Πρίαμαι, emo, redimo, conduco. A πρίω.

Πριαπίσκος, ου, ὁ, priapiscus, lignum in modum penis longum & teres. Dim. a πρίαπος.

Πριαπισμὸς, οῦ, ὁ, priapismus, erectio assidua penis citra libidinem. Ab eod.

Πρίαπος, ου, ὁ, Priapus, Veneris & Bacchi filius, hortorum & vinearum custos. 2) membrum virile. Scribitur etiam πρίηπος, & βρίηπος.

Πριαπώδης, ὁ, Priapo similis, valde mutoniatus. A pr.

Πρίζω, f. ίσω, serro, serra seco, seco *simpl.* A πρίω.

Πρίθω, idem quod πρήθω, v. πρίω.

ΠΡΙΜΑΔΙΑΙ, ῶν, αἱ, primadiæ, pisces, qui se in cœno abscondunt. v. πρημάς.

Πρὶν, *Adv.* prius, ante, antea. 2) priusquam, antequam. 3) donec, quoad. Hinc πρὶν ἂν, priusquam, antequam. πρὶν δὴ, donec, usque dum, quoad. πρὶν ἢ, vel πρινὴ, ante quam. v. πρὶν & πρό.

Πρινίδιον, ου, τὸ, parva ilex. Dim. a πρῖνος.

Πρίνινος, ίνη, ινον, iligneus, ex ilice confectus. 2) robustus. Ab eod.

Πρῖνος, ου, ἡ, ilex, *arbor*.

Πρινώδης, ες, iligneus. 2) durus. A pr.

Πρινὼν, ῶνος, ὁ, ilicetum, Gl. Vet. Ab eod.

Πριόνιον, ου, τὸ, serrula, Gl. Vet. A πρίων.

Πριονοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, serræ figuram habens, serratus. Ab eod. & εἶδος.

Πριονοειδῶς, *Adv.* in modum serræ. A pr.

Πριονώδης, εος, ὁ, ἡ, serræ figuram habens, serratus, Gl. V. A πρίων.

Πριονωτὸς, ἡ, ὸν, idem & ab eod. qu. a πριονόω.

Πριόω, ῶ, f. ώσω, idem quod πρίω.

Πρίσις, εως, ἡ, fissio seu sectio per serram. A πρίω.

Πρίσμα, ατος, τὸ, scobs eorum, quæ serra secantur, segmentum. 2) lignorum caries. 3) geometricum corpus. Ab eod.

Πρισμὸς, οῦ, ὁ, vehemens inflatio, afflatus. A πρίθω.

Πρισμοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, figuram serræ habens. E seq. & εἶδος.

Πριστὴρ, ῆρος, ὁ, idem quod πρίστης, it. serra. A πρίω.

Πρίστης, ου, ὁ, qui serra aliquid secat & findit. 2) piscis e genere cetorum. Ab eod.

Πρίστις, εως, ἡ, serra. 2) piscis e cetorum genere pistrix. 3) genus poculi. 4) genus navigii. Ab eod.

Πριστὸς, ἡ, ὸν, serra sectus seu dissectus, sectilis. A seq.

Πρίω, f. ίσω, *propr.* premo, stringo, constringo. 2) serra seco, seco, reseco, quo sensu reperitur & πρίω, ἔπριστον, Hesiod. 3) frendeo. 4) emo. 5) idem quod πρήθω, quod inde ducitur. item πρίθω.

Πρίωμα, ατος, τὸ, idem quod πρίσμα. Hes.

Πρίων, ονος, ὁ, serra. A πρίω.

Πρὸ, *Præp. regens Gen.* ante, coram, præ, pro. In Compositione notat prioritatem temporis, dignitatis, loci. Hinc ἀπὸ πρὸ, procul a. ἀπόπροθι & ἀπόπροθεν, procul, eminus. διαπρὸ, penitus. περίπρο, summe, supra modum, vehementer, valde. Interdum tamen in compositione redundat.

Προαγγελία, ας, ἡ, prænunciatio. A seq.

Προαγγέλλω, f. ελῶ, prædico, prænuncio, denuncio, certiorem facio. προηγγελμένος, prænunciatus, perf. pass. part.

Προάγγελος, ου, ὁ, ἡ, prænuncius vel prænuncia, prænunciator.

Προάγγελμα, τὸ, prædictio. A προαγγέλλω.

Προάγγελσις, εως, ἡ, idem, denunciatio, significatio, eum aliquem certiorem facimus, quid futurum sit, vel minus. Ab eod.

Προαγγελτικὸς, ἡ, ὸν, prænunciandi vim habens. Ab eod.

Προαγγελτικῶς, *Adv.* prænunciando. A pr.

Προάγνευσις, εως, ἡ, præparatio ad sacra rite obeunda, purgasio corporis anta sacra per castimoniam. A seq.

Προαγνεύω, purifico, lustro, ad sacra sc. rite obeunda. 2) perago τὴν ἁγνείαν, abstinentiam a Venere & largiore pastu, quo præparetur corpus ad sacra imminentia.

Προαγοράζω, f. άσω, præemo.

Προαγορανομέω, perf. προηγορανομηκὼς, qui ædilis fuit, vir ædilitius.

Προαγορασία, ας, ἡ, præemtio.

Προαγοραστὴς, οῦ, ὁ, præemtor.

Προαγόρευμα, ατος, τὸ, oraculum. A προαγορεύω.

Προαγόρευσις, εως, ἡ, prædictio, vaticinium. Ab eod.

Προαγορευτικὴ, ῆς, prædicendi seu divinandi. Ab eod.

Προαγορεύω, f. εύσω, prædico, prænuntio, præmoneo. 2) denuncio, præcipio, edicto præcipio aut veto, præconis voce denuncio. 3) testor.

Προάγω, f. ἄξω, deduco, perduco, promoveo, proveho. 2) impello, incito ad aliquid, moveo. 3) profero, produco, educo, ut comas. 4) abduco. 5) præeo, progredior, præcedo. 6) adeo, vado. 7) præcello, præeo. 8) perduco sc. feminam. v. seq. 9) ad honores proveho. τὰ προηγμένα v. infr.

Προα-

Προαγωγεία, ας, ἡ, promotio, in pr. ad honores. 2) institutio. 3) perductio mulierum, lenocinium. A seq.

Προαγωγεύω, f. εύσω, propr. produco. 2) instituo, sed in malam partem, unde 3) perduco, perductor sum, prostituo feminam. item cum ἑαυτὸν, semetipsum offerre verbis, nutu, blanditiis &c alius libidini. Aristoph. v. προαγωγίδες. 4) pellicio lenociniis aut aliis artibus. A seq.

Προαγωγὴ, ῆς, ἡ, idem quod προαγωγεία, in ipsi honores.

Προαγωγικὸς, ὴ, ὸν, ad lenocinium aptus, vim lenocinandi habens. 2) producendi vim habens. Ab eod.

Προαγωγὸς, ῦ, ὁ, perductor, sive productor. 2) leno, prostitutor. Ab eod.

Προαγὼν, ῶνος, ὁ, præludium certaminis. 2) prolusio actionis oratoriæ. Phil. præfatio.

Προαγωνίζομαι, f. ίσομαι, ante alium certo aut pugno, antepugno. 2) certo sive pugno pro aliquo, i. e. propugno.

Προαγωνιστὴς, ῦ, ὁ, propugnator, defensor.

Προαδικέω, ῶ, f. ήσω, injuria lacesso.

Προᾴδω, præcino, prius cano.

Προαθρέω, anta video, perspicio.

Προαθροίζω, ante congrego f. colligo.

Προαιδέομαι, οῦμαι, f. έσομαι, alicui reverentiam ante alios debeo, præ ceteris in honore haboo, magis colo.

Προαικίζομαι, verberari jubeo, ante sc. supplicium, de magistratu. προαικίζω, de lictore f. carnifice, qui virgis cædit, vel alio modo cruciat ante supplicium.

Προαίρεσις, εως, ἡ, propositum, institutum, studium, voluntas, consilium. 2) benavolentia, benefaciendi voluntas. 3) factio, partes in republica. προαιρέσει, sponte, Philox. A προαιρέομαι.

Προαιρετικὸς, ὴ, ὸν, qui certo animi proposito ad rem aliquam fertur. in neut. quod eligitur, liberum, arbitrarium, voluntarium. 2) ῥῆμα προαιρετικὸν, verbum pertinens ad voluntatem, actionem voluntatis exprimens. Ab eod.

Προαιρετικῶς, Adv. sponte, volenti animo. A pr.

Προαιρετὸς, ὴ, ὸν, spontis humanæ & arbitratius. A προαιρέομαι.

Προαιρέω, ῶ, f. ήσω, promo, depromo, e penu promo; sed προαιρέομαι, οῦμαι, præfero, antepono. 2) constituo, mihi certum est. 3) consulto, certa deliberatiooe aliquid facio, opto, deligo, aliud alii præfero. προελὼν, depromens, aor. 2. act. part. προειλόμην, proposui, constitui, aor. 2. med. προῄρημαι, constitui, proposui. προῄρηται, destinavit. Phil. perf. pass.

Προαίρω, progredior. 2) proficiscor, abeo.

Προαισθάνομαι, f. ήσομαι, præsentio.

Προαίσθησις, εως, ἡ, præsensio.

Προαιτιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, ante criminor, anta accuso. aor. 1. προῃτιασάμην, in superioribus accusavi f. convici.

Προαιώνιος, ε, ὁ, ἡ, qui fuit ante omne ævum, æternus.

Προακμάζω, f. άσω, in ea sum ætate, quæ florem sc. virilem ætatem, antecedit, i. e. in ipsa adolescentia.

Προακονάω, acuo sc. cuspidem.

Προακοντίζομαι, jaculi modo feror.

Προακούω, f. ούσω, prius seu prior audio, ante audio & cognosco, præsentio.

Προακροβολίζω, eminus jaculor. nam pilorum, jaculorum emissio, est quasi prolusio veræ pugnæ, quæ fit confertis manibus, cominus.

Προακτικὸς, ὴ, ὸν, præcedens. A προάγω.

Προαλγέω, perf. προήλγηκα, ante dolore affectus fui, dolui, v. c. cum capitis dolor præcessit morbum.

Προαλείφω, ante ungo.

Προαλέστατον, Adv. valde temerarie. A seq.

Προαλὴς, έος, ὁ, ἡ, declivis. 2) temerarius, præceps, audax. Philox. petulans. A προάλλομαι.

Προαλίσκω, prius, anta capio. Gl. V. præsumo.

Προαλίζω, f. ίσω, anta congrego.

Προαλλάσσομαι, -ττομαι, prætervehor, prævehor, post me relinquo.

Προάλλομαι, prosilio. part. aor. 1. προαλάμενος.

Προαλῶς, Adv. temere, præcipitanter. A προαλὴς.

Προαμαρτάνω, ante pecco.

Προαμείβομαι, prætereo, prætervehor. 2) responsionem occupo, prompte respondeo.

Προαμύνομαι, protego, propugno.

Προαναβαίνω, f. βήσομαι, prius vel prior coofcendo.

Προαναβάλλομαι, præludo. v. ἀναβ.

Προαναβλέπω, suspicio.

Προαναβοάω, aote proclamo.

Προαναβολὴ, ἡ, dilatio. κατὰ προαναβολὰς, per intervalla.

Προαναγινώσκω, ante lego.

Προαναγράφω, anta scribo. τὰ προαναγεγραμμένα, ante, supra scripta.

Προανάγω, aote deduco naves, f. abduco. med. ante discedo, de navigantibus.

Προαναθρέω, idem quod προαναβλέπω.

Προαναθρώσκω, prosilio.

Προαναιρέω, ῶ, f. ήσω, prius occido, prius e medio tollo. προανεῖλε, aor. 2.

Προαναισιμόω, ῶ, f. ώσω, prius impendo, prius insumo.

Προανάκειμαι, ante dedicatus fui.

Προανακηρύττω, anta denuncio, declaro.

Προανακινέω, ῶ, f. ήσω, ante commoveo seu impello.

Προανακλαίομαι, ante defleo.

Προανακόπτω, f. ψω, præcido, prius incido.

Προανακράζω, anta exclamo, proclamo.

Προανακρίνω, prius ioterrogo. part. aor. 1. προανακρίνας.

Προανακρούω, f. ύσω, prior retro pello seu retro inhibeo; & προανακρούομαι, prior retro cedo inhibito cursu: trop. repugno, refractarius sum. 2) (prior) exordio.

Προανάκρουσις, ἡ, exordium, initium.

Προαναλαμβάνω, ante suscipio. 2) ante breviter expono. 3) occupo, præverto aliquem aliquid agendo, v. c. prior amplector.

Προαναλίσκω, f. λώσω, prius consumo, ante absumo.

Προανάλωμα, τὸ, impensa operis susceptionem antecedens. A pr.

Προαναμέλπω, præcino, ante decanto.

Προαναπίπτω, prius concido, ante collabor seu corruo. προαναπεσὼν, aor. 2. part.

Προαναπλάττω, f. πλάσω, prius refingo, reformo.

Προαναπνέω, f. εύσω, prius respiro.

Προαναρπάζω, f. άσω, ante seu prior abripio.

Προαναῤῥήγνυμι, ante prorumpere facio, f. emitto.

Προανασείω, aote concutio.

Προανασκευάζομαι, præstruo, multo ante compono.

Προεκσκοπέω, prospicio, provideo.
Προαναστέλλω, f. ελῶ, ante cohibeo & reprimo, (prior) compesco. aor. 1. προανέστειλα.
Προανατάττω, priori loco pono.
Προανατείνω, ante attollo. 2) prætendo. προανατεῖναι, aor. 1.
Προανατέλλω, prius orior, orior. προανέτειλεν, aor. 1. 3. sing.
Προανατρέχω, retro, ad priora redeo, superiora, vel rem altius repeto.
Προανατυπόω, verbum pictorium, de adumbratione, adumbro, delineo.
Προαναφαίνω, anta ostendo, extollo, prætendo, ut cernatur.
Προαναφωνέω, ῶ, f. ήσω, vaticinor, prædico. 2) indico, declaro, polliceor, quid facturus, dicturus sum.
Προαναφώνημα, τὸ, est, cum indicat poeta &c. quid dicturus sit. 2) prædictio, vaticinium. A pr.
Προαναφώνησις, εως, ἡ, idem. Ab eod.
Προαναφωνητικός, όν, utens προαναφωνήσει. Ab eod.
Προαναφωνητικῶς, *Adv.* vaticinando, anta declarando. A pr.
Προαναχωρέω, ante discedo.
Προαναχώρησις, ἡ, discessio ante facta. A pr.
Προανέχεια, idem quod seq.
Προανέχω, prior attollo, alevo. 2) emineo, antecello.
Προανθέω, ῶ, f. ήσω, præfloreo, ante, primus floreo.
Προάνθησις, ἡ, primus flos. A pr.
Προαναψηφίζω, decerno. προανεψηφισμένα, decreta, semel decreta.
Προανίπτημι, & προανίπταμαι, ante in altum evolo. προαναπτάς, aor. 2. part.
Προανίσταμαι, prior exsurgo, ante alios surgo.
Προανιστορέω, ῶ, f. ήσω, ante seu prius commemoro, seu percontor.
Προανίσχω, ante vel prior emergo; exorior.
Προανύτω, f. ύσω, ante vel citius perficio.
Προαπαγγέλλω, prius annuncio, prænuncio. 2) obnuncio, ap. Dion.
Προαπαγορεύω, deficio viribus ante rem perfectam. 2) renuncio, v. c. conjugium. *cum Gen.*
Προαπάγχομαι, ante suspendo me.
Προαπαίρω, ante castra moveo.
Προαπαλείφω, ante deleo, sc. e tabulis.
Προαπαλλάττω, f. ξω, prius libero. 2) ante interficio. 3) ante privo. 4) *in med.* ante morior, vel discedo de medio.
Προαπαντάω, ῶ, f. ήσω, q. d. præoccurro, obviam curro.
Προαπάντησις, εως, ἡ, obviam irio. A pr.
Προαπαυδάω, ῶ, prius deficio seu defatigor.
Προάπειμι, ante abeo.
Προαπείπασθαι, prius renunciare. προαπειπεῖν, ante deficere.
Προαπέγνωκα, prius animum despondi.
Προαπέρχομαι, prior abeo seu discedo. 2) prior decedo, prior morior.
Προαπηγέομαι, Jon. pro προαφηγέομαι.
Προαπικνέομαι, Jo. pro προαφικνέομαι.
Προαποβύω, f. ύσω, prius obturo.
Προαπογεύομαι, ante degusto, edo.
Προαποδείκνυμι, prius demonstro, indico, prodo.
Προαπόδειξις, εως, ἡ, demonstratio prævia, proposita, res ante demonstrata. A pr.
Προαποδημέω, ῶ, prius seu prior peregre abeo, prius proficiscor.
Προαποδίδωμι, ante reddo.
Προαποδύομαι, prius exuo.
Προαποθνήσκω, præmorior, ante morior.
Προαποικίζω, ante deduco, de colonis.
Προαποκαλύπτω, ante revelo.
Προαποκάμνω, fatigor, deficio. v. προαπαγορεύω.
Προαποκινδυνεύω, ante per culum facio.
Προαποκλείω, ante claudo, excludo.
Προαποκληρόω, ῶ, f. ώσω, prius sortior, ante vel modo sortior, ap. Lucian. Hinc perf. pass. part. τὰ προαποκεκληρωμένα, de quibus modo sortiti sumus.
Προαποκόπτω, f. ψω, præcido.
Προαποκρούομαι, propulso.
Προαποκτείνω, prius interficio.
Προαποκτιννύω, vel προαποκτίννυμι, idem.
Προαπολαύω, f. αύσω, prius fruor, præcerpo, præcipio.
Προαπολείπω, f. ψω, ante relioquo sau deficio.
Προαπολεπίζω, f. ίσω, prius decortico. προαπολεπισθείς, prius decorticatus, aor. 1. part. pass.
Προαπολήγω, prius desino.
Προαπόλλυμι, anta perdo. pass. προαπόλλυμαι, prius pereo.
Προαπολύομαι, prius dilno seu refuto, me purgo.
Προαποξηραίνω, ante exsicco. προαπεξηραμμένος, part. perf. pass. ante arefactus.
Προαποπέμπω, f. ψω, ante dimitto.
Προαποπίπτω, ante decido.
Προαπόπτωτος, ου, ὁ, ἡ, q. d. prædeciduus, qui ante decidit. A pr.
Προαπορέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, prior dubito, prior quæro, vel disputo.
Προαπορρέω, prius defluo vel effluo.
Προαπορρίπτω, ante abjicio.
Προαποσβέννυμι, ante extinguo.
Προαποσμήχω, ante detergo.
Προαποσπάω, ante detraho, abstraho.
Προαποσταυρόω, ante vallo discludo, s. excludo.
Προαποστέλλω, ante emitto, seu præmitto. Gl. V. prædestino. aor. 2. part. pass. προαπεστάλην, præmissus sum.
Προαποσφάττω, f. ξω, ante jugulo.
Προαποτάσσω, ante finem impono. *med.* ante valedico.
Προαποτίθημι, prius vel antea repono, depono, adservo.
Προαποτρέπομαι, ante converto s. averto me.
Προαποφαίνω, declaro, indico.
Προαπόφημι, ante nego.
Προαποφθέγγομαι, prædico.
Προαποφοιτάω, ῶ, f. ήσω, præmorior. προαποπεφοίτηκε, præmortuus est.
Προαποχειρόομαι, οῦμαι, ante occido.
Προαποχωρέω, ante recedo.
Προαρδεύω, f. εύσω, prius rigo.
Προαριθμέω, ῶ, f. ήσω, prænumero.
Προαρίθμησις, εως, ἡ, prænumeratio. A pr.
Προαριστάω, ante prandeo.
Προαροτριάω, & -ιέω, ante aro.
Προαρπαγή, ῆς, ἡ, præreptio. A sq.
Προαρπάζω, f. άσω, præripio.
Προαῤῥαβωνίζομαι, prius vel ante dato pignore de reliquis & subsecuturis aliquem certum facio.
Προάρχω, προάρχοντες, magistratus, principes. προάρξας, antecessor, prædecessor, Gl. V. aor. 1. part. προάρχομαι, prior incipio.
Προασκέω, ῶ, f. ήσω, ante exerceo, præparo.
Πρόασμα, ατος, τὸ, præcentio. E προ & ᾆσμα.

Προ-

Προασπίζω, f. ίσω, clypeo objecto protego, propugno. Gl. V. protego.

Προασπιστὴρ, ῆρος, ὁ, propugnator. Gl. V. protector. A pr.

Προασπιστὴς, ῦ, ὁ, idem & ex iisd.

Προάστειον, & προάστιον, ου, τὸ, suburbium, suburbanum. Ex πρὸ & ἄστυ.

Προάστιος, ου, ὁ, ἡ, suburbanus. Ex iisd.

Προασφαλίζομαι, caveo mihi, & προασφαλίζω, præmunio, Gl. V.

Προαυδάω, prædico, denuncio.

Προαυλέω, ῶ, f. ήσω, in cantu præludo.

Προαύλημα, τὸ, præludium. A pr.

Προαυλίζομαι, f. ίσομαι, castra ante locum quendam habeo.

Προαύλιον, ου, τὸ, præludium in tibiarum fidiumque cantu. 2) vestibulum exterius, ut αὐλὴ interius. Ex αὐλέω vel αὐλή.

Προαυξάνω, sive προαύξω, ante augeo, succresco, in subsidium futuri temporis. προαύξεται, præangescit, præs. ind. pass.

Προαυξὴς, έος, ὁ, ἡ, adultior, ætate provectior. 2) quod ætate provectioribus accidere solet. A pr.

Προαύξησις, εως, ἡ, corporis incrementum, adaucta moles. Ab eod.

Προαφαιρέω, ῶ, f. ήσω, adimo, seu aufero, præcerpo, decerpo.

Προαφανίζω, aboleo, corrumpo, perdo, sc. ante maturitatem, ante tempus.

Προαφαυαίνομαι, ante arefio. τὰ προαφαυανθέντα, quæ ante exaruerunt, part. aor. 1. pass.

Προαφηγέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, ante enarro, prius expono.

Προαφίημι, emitto, ante mitto.

Προαφικνέομαι, οῦμαι, prior seu ante pervenio.

Προαφίσημι, προαφίσαμαι, prior abscedo seu absisto, ante tempus abscedo. 2) prior deficio.

Προβάδην, Adv. inter progrediendum, inter eundum, s. progrediendo. A προβαίνω.

Προβαδίζω, præcedo.

Προβαθὺς, έος, ὁ, profundus, βαθὺς εἰς τὸ πρόσω, alte profundus.

Προβαίνω, progredior. 2) anteeo, præcedo, proprie & trop. 3) progredior, provehor. 4) glisco, succedo feliciter. προὔβη pro προέβη, processit. aor. 2.

Προβάλλω, projicio. 2) emitto, profero, produco. 3) propono, vel explicandum, vel refellendum; vox rhetorum & philosophorum. Gl. Vet. promitto. προβάλλομαι, in med. produco, v. c. testes, qui me adjuvent testimonio suo; sed propris 2) projicio, clypeum sc. vel scutum (v. προβολή) tegendi corporis caussa; unde 3) munio me aliqua re, objicio aliquid hosti, avertendi caussa. 4) defendo me, atque etiam in pass. alios. 5) prætendo, obtendo, prætexo. 6) publici criminis, in primis adversus religiones deorum, accuso, ap. Demosth. 7) aversor, execror. 8) honores peto; unde passive creor, designor. 9) commemoro, in ore semper habeo. 10) supero, præsto. 11) interrogo, etiam in act.

Πρόβολος, ου, ἡ, sc. ἀσπὶς, clypeus, qui hosti objicitur, Hes. A pr. (sed v. πρόβολος.)

Προβαπτίζω, ante baptizo.

Προβασανίζω, ante torqueo, vexo, crucio.

Προβασιλεύω, ante impero.

Πρόβασις, εως, ἡ, progressus, progressio. 2) proventus, seu reditus: copiæ rei familiaris. A προβαίνω.

Προβασκάνιον, ου, τὸ, præfiscine, amuletum. 2) pudenda statua. Philox. mutonium.

Προβατεία, ας, ἡ, res pecuaria. A προβατεύω.

Προβάτειος, εία, ειον, ovillus, vervecinus, Gl. V. A πρόβατον.

Προβατευτὴς, οῦ, ὁ, opilio, pastor. A προβατεύω.

Προβατεύσιμος, α, ὁ, ἡ, & προβατεύσιμος, ίων, ιμον, ovibus, pecoribus alendis aptus. A pr.

Προβατευτικὸς, ὴ, ὸν, pecuarius. Hinc προβατευτικὴ, ῆς. sc. τέχνη, pecuaria. A sq.

Προβατεύω, f. εύσω, pasco, pecus alo. A πρόβατον.

Προβατικὸς, ὴ, ὸν, ad oves seu pecudes pertinens. Ab eod.

Προβάτιον, α, τὸ, ovicula. Dim. a πρόβατον.

Προβατοβοσκὸς, ὁ, pecuarius. Ab eod. & βόσκω.

Προβατογνώμων, ονος, ὁ, ἡ, homo pecuniæ, sive parvæ atque pusillæ indolis. E πρόβατον & γνώμη.

Προβατοκάπηλος, ου, ὁ, qui ovibus emendis & vendendis quæstum facit.

Πρόβατον, ου, τὸ, pecus, ovis, vervex, pecus quodlibet. (ex eo sic dictum, quod a pastore agitur, προβαίνει antecedit eum, & προβατεύεται, ab eo ad lente procedendum adigitur. Pari modo Arabes pecus omne genus pastile *Maschiah*, h. e. τὸ προβατικὸν χρῆμα, genus lente inambulans, appellant.)

Προβατοπώλης, ου, ὁ, ovium vel pecudum venditor:

Προβατόσχημος, ου, ὁ, ἡ, ovis speciem præ se ferens. E πρ. & σχῆμα.

Προβατοτρόφος, ὁ, ἡ, oves, pecora alens, pecuarius. E πρ. & τρέφω.

Προβεβουλευμένως, Adv. cogitate, prudenter. A προβουλεύομαι.

Πρόβημα, ατος, τὸ, progressus. A προβαίνω.

Προβιάζομαι, ante vel prior vim infero.

Προβιβάζω, fut. άσω, produco. 2) admoveo, persuadeo, impello. Gl. Vet. 3) promoveo, proveho. προβιβασθεὶς, promotus, Phil. adactus, aor. 1. par. pass. 4) adjuvo. 5) proficio.

Προβίβασις, εως, ἡ, Gloss. Vet. idem quod seq. A pr.

Προβιβασμὸς, ῦ, ὁ, promotio, præmotio: institutio, Phil. Ab eod.

Προβίβημι, progredior. προβιβὰς, progressus, aor. 2. part. act.

Προβιβρώσκω, ante comedo. προβιβρωθεὶς, ante comesus, aor. 1. part. pass.

Προβιόομαι, οῦμαι, antevivo. προβεβιωμένα, vita ante acta, perf. part. pass. προβεβιωμένοι, qui ante nos vixere.

Προβιότης, ητος, ἡ, vita ante acta. Clem. Al. A pr.

Προβλαστάνω, prægermino, prius germino.

Προβλεπτικὸς, ὴ, ὸν, qui futura prospicit. A seq.

Προβλέπω, f. ψω, provideo, prospicio.

Πρόβλημα, ατος, τὸ, propositio, quæstio, Gloss. V. unde dubitatio, res magnæ dubitationis. 2) quicquid defendendi causa opponitur. πρόβλημα τείχους, promurale, nempe munimentum. 3) quicquid prominet, eminet. A προβάλλω.

Προβλημάτιον, α, τὸ, quæstiuncula, Gl. Vet. A pr.

Προβληματουργικὸς, ὴ, ὸν, artifex machinarum, rerum, quibus vis defenditur. προβληματουργικὴ, ars ipsa talium conficiendorum. E πρόβλημα & ἔργον.

Προβληματώδης, εος, ὁ, ἡ, in quæstione & disputatione positus. A πρόβλημα.

Προ-

Προβλὴς, ῆτος, ὁ, ἡ, projectus, prominens. Epith. promontorii, saxi objecti fluctibus. A προβάλλω.

Προβλητικὸς, ἡ, ὸν, producendi vi præditus. Ab eod.

Πρόβλητος, ου, ὁ, ἡ, projectus. Ab eod.

Προβλώσκω, prodeo, vel exeo. 2) protubero. προβλωσκέμεν, inf. pro προβλώσκειν.

Προβοάω, ῶ, proclamo. 2) cohortor.

Προβοηθέω, ῶ, f. ήσω, opem mature fero.

Προβόλαιον, ου, τὸ, propugnaculum, vel scopulus eminens, qui æstum maris aut undæ ad pontem murumve frangit. A sq.

Προβόλιμος, ου, ὁ, ἡ, objectus, porrectus. A προβολή.

Προβολεὺς, έως, ὁ, productor, auctor, qui prima alicujus rei fundamenta jacit. 2) idem quod πρόβολος. A sq.

Προβολὴ, ῆς, ἡ, obtentus, prætextus, Gl. Vet. 2) tegmen, propugnaculum, Gl. Vet. 3) pergula, (i. e. projectio in ædibus) & projectio quævis extra corpus operis. Gl. Vet. In primis & proprie sic dicitur projectio scuti, defendendi sui caussa: unde milites esse dicuntur ἐν προβολῇ, cum scutis protentis magno gradu excipiunt vim hostium: item emissio jaculi. προβολαὶ, prominentiæ quævis.

Προβόλιον, ου, τὸ, Dim. pr. quod tegendi ac defendendi caussa projicimus nobis, clypeus, venabulum, lorica, Gl. V. A pr.

Πρόβολος, ου, ὁ, scopulus eminens, qui æstum maris frangit. item protector, defensor. πρόβολοι, proceres, Gl. V. πρόβολος, etiam objectus, fultura. A προβάλλω.

Προβοσκὶς, ίδος, ἡ, proboscis, manus elephantis, os porci. E πρὸ & βόσκω.

Προβοσκὸς, οῦ, ὁ, qs. d. vicarius pastoris, operæ pastoris. Ex iisd.

Προβούλευμα, ατος, τὸ, senatus consultum, legi ac plebiscito præmissum, s. quo sancitur, ut aliquid ad populum feratur. Gl. V. consultum. A προβουλεύω.

Προβουλευμάτιον, ου, τὸ, Dim. præc.

Προβουλεύω, f. εύσω, consilio prospicio vel provideo. 2) prospicio. provideo. 3) deliberatione populum prævenio. q. d. prædelibero.

Προβουλέω, ῶ, inus. sed tamen hinc est Perf. med. προβέβουλα, malui, vel malo. A βουλή.

Προβουλὴ, ἡ, deliberatio. ἐκ προβουλῆς, consulto. 2) providentia.

Προβούλιον, ου, τὸ, idem quod προβούλευμα. A pr.

Προβουλόπαις, ιδος, ἡ, q. d. consultatoris filia, vel consilio prognata, consultatrix. E sq. & παῖς.

Πρόβουλος, ου, ὁ, qui pro aliquo consultat, qui ante alios consultat. 2) senator, princeps, primarius senator. Gl. Vet. consul. A βουλή.

Προβραχὴς, ές, vadosus. A βραχύς.

Προβρέχω, f. ξω, prius madefacio, prius macero. προβραχεὶς, præmaceratus, aor. 2. part. pass.

Προβύω, f. ύσω, emungo, & simul promoveo ellychnium.

Προβώμιον, τὸ, aditus, vestibulum aræ, ara ipsa. A βωμός.

Προγαμέω, ῶ, f. ήσω, prior nuptias contraho. A πρόγαμος.

Προγαμιαῖος, αία, αῖον, qui ante nuptias fit, facit &c. A seq.

Πρόγαμος, ου, ὁ, ἡ, qui vel quæ prior nuptias fecit.

Προγαστρίδιον, ου, τὸ, ventrale, tegumen ventris.

Tom. I.

Προγάστωρ, ορος, ὁ, ἡ, cui venter prominet, ventriosus. Gl. V. ventrosus. A γαστήρ.

Προγένεθλος, ου, ὁ, ἡ, origine aut nativitate antecedens, ante genitus. A γενέθλη.

Προγένειος, ου, ὁ, promissam habens barbam. 2) barbatus. A γένειον.

Προγενεσία, ας, ἡ, prior creatio seu ordinatio. A γένεσις.

Προγενὴς, ές, prior natu. Hesych. Comp. προγενέστερος. Sup. προγενέστατος. A προγίγνομαι.

Προγεννάω, ῶ, f. ήσω, ante genero. προγεννηθεὶς, ante natus, antigena, Gl V. aor. 1. part. pass.

Προγεννήτωρ, ορος, ὁ, progenitor, i. e. prior, vel antiquior genitor. προγεννητόρων, majorum.

Προγεῦμα, ατος, τὸ, gustatio, gustus, quod ante cœnam justam & legitimam sumitur. A προγεύομαι.

Προγευματίζω, f. ίσω, ante gusto, prægusto, gusto, i. e. ante cœnam aliquid sumo, in balneo. 2) imbuo aliquem prægustu, offero aliquid prægustandum. A pr.

Προγεύομαι, f. εύσομαι, idem.

Προγευστὴς, οῦ, ὁ, prægustator. A pr.

Προγευτὴς, οῦ, ὁ, idem. Gl. V. Ab eod.

Προγηράσκω, & προγηράω, f. άσω, ante tempus, mature senex fio.

Προγήραος, ὁ, ἡ, qui mature senescit. A γῆρας.

Προγίγνομαι, vel προγίνομαι, sum ante, antecedo, præcedo. προγενόμενοι, superiores. 2) procedo, occurro.

Προγινώσκω, prænosco, præscio, præsentio. Gl. Vet. ante cognosco, prævideo. 2) decerno, judico, existimo. 3) in N. T. interdum, amo, bene cupio. v. [illegible].

Προγλωσσεύομαι, garrio, loquax sum. A πρόγλωσσος.

Προγλωσσὶς, ίδος, ἡ, linguæ extrema pars acuta. A γλῶσσα.

Πρόγλωσσος, ου, ὁ, ἡ, garrulus, qui nil celare potest. Gl. Vet. volubilis linguæ. Ab eod.

Πρόγνωσις, εως, ἡ, præsensio, prænotio, præscientia, præsagium. 2) rerum præsentium vel præteritarum animadversio s. cognitio. 3) in N. T. interdum, decretum, voluntas, it. benivolentia. A προγινώσκω.

Προγνώστης, ου, ὁ, præscius futurorum. Ab eod.

Προγνωστικὸς, ἡ, ὸν, facultate præsciendi seu præsagiendi præditus, præscius, sagax, Philox. Hinc τὸ προγνωστικὸν, οῦ, scil. σημεῖον, prognosticum, rei futuræ signum. A pr.

Προγνωστικῶς, providenter, Philox. A præc.

Προγονὴ, ῆς, ἡ, privigna. A πρόγονος.

Προγονικὸς, ἡ, ὸν, avitus, a majoribus acceptus. 2) majoribus dignus. Ab eod.

Πρόγονος, ου, ὁ, progenitor, ante genitus. 2) privignus, Phil. filiaster, Gl. Vet. 3) atavus, Gl. V. πρόγονοι, majores, Phil. 4) patricii, Phil. πρόγονα, primogenita, eximia. A προγίνομαι.

